



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

[redacted]

1-157 Verus ac legittimus huius Codicis
8° possessor, Theodorus petri, empti
Ahusiæ, Anno 1589.

— — Caput 30. Genes: — —

Tabula ex Chronico D. Lutheri descripta, quæ seriem historiæ pulchre illustrat.

Lea peperit.		Rachel peperit
Rüben,	1	0
Simeon,	2.	0
Levi,	3	0
Juda	4.	0 ex Bitha.
0		5. Dan
0		6. Naphthali
0		
0		7 Joseph
ex Zilpa. Gad	8	0
Asser	9	0
Isaschar	10	0
Zebulon	11	0
Dina	12	0
0	13	Benjamen

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

L. N. 1264. Kay Høegs eks.
ex. 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

~~Liber [illegible]~~ 6

~~[illegible] 1586~~ 4 9

~~[illegible]~~

Possessor huius libri

sum ego Andreas Petri

1648 16 49

Anno 1640

Laurentius Torren

Om Menniskones ålder i gemeen.

1. Infans, kallar in barn till 10 åhr.
2. Puer, een yngling in till 20 åhr.
3. Adolescens 30 åhr gåår Mannen krafft ann.
4. Juvenis 40 åhr går een fuller man.
5. Vir 50 åhr gör stilla stånd,
6. Senex 60 åhr för åldren tillhand
7. Decrepitus 70 åhr gammall och gråå.
8 Infirmus 80 ligger i Wråå,
9 Mutatio coloris 90 åhr till barna spöy, länger att lefwa är intz godt.

LIB

MOIS

FONS

ſiæ;exp

PETR

do

VI

EXCVI

A

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

LIBRORVM MOISI, QVI SVNT FONS DOCTRINÆ ECCLEſiæ, explicatio breuis & ad uſum piorum accommodata,

SCRIPTA

A

PETRO PALLADIO

doctore Theologiæ.



VITEBERGAE.

EXCVDEBAT IOHANNES CRATO.

ANNO. M. D. LIX.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Kay Høegs Samling
1970.

SERE
GI DAN
Gothorum
Sleſuuici et
&c. & C
Domi

antur, ut d
propter mo
um eius ler
bernatione
multa cogi
patre tuo, &
libri in hæc
incidiſſet,a

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SERENISSIMO REGI DANIÆ, NORVVEGIÆ, Gothorum et Henetorum Friderico, duci Sleſuuici et Holſatię, Domino Ditmarſiæ, &c. & Comiti in Oldenburg &c. Domino ſuo clementiſſimo,

S. D.

CVM in hoc publico luctu patria orbata tuo patre, qui uere fuit et patriæ pater, omniũ honeſtorũ mentes atq; oculi te intueantur, ut dolorem quo adficiuntur propter mortem patris, & deſiderium eius leniant, tibiq; fœlicem gubernationem optent, ego quoque multa cogitans & de optimo Rege patre tuo, & de te, cum editio huius libri in hæc initia tuæ gubernationis incidiſſet, ad te potiſſimum ſcripſi,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ut te intuens & mœrorem mihi le=
nirem, & uota ardentiora facerem.
Etſi patri gratulanda eſt hæc mi=
gratio, qua ex hoc regno pleno labo
rum & curarum, in cœleſte regnum
et dulciſſimam conſuetudinem Dei,
& domini noſtri Ieſu Chriſti & uni=
uerſæ cœleſtis Eccleſiæ lætus diſceſ=
ſit, tamen & nos in hoc toto regno,
& uicinæ nationes iacturã noſtram
intelligentes, non poſſumus non do
lere. Amiſimus enim cuſtodem &
pacis, & Eccleſiarum, cui uerus De=
us æternus pater Domini noſtri Ie=
ſu Chriſti, & recta conſilia monſtra=
uit & fœlicitatem in prælijs & in
gubernatione politica, & moderati=
onem animi in rebus ſecundis exi=
miam tribuit. Salutaris igitur eius
gubernatio fuit, non ſolum proprijs
regnis, ſed etiam uicinis gentibus
multis. Tales Reges intelligamus
eſſe

eſſe ſingularia Dei dona, & conſili=
um Dei conſideremus. Excitat De=
us immenſa bonitate ſubinde tales
gubernatores, ne diſſipationes ma=
iores humani generis fiant, ne fun=
ditus deleantur uera dei agnitio, le=
ges, doctrinæ, & alia uitæ ornamen=
ta. Ita, ut non ſit prolixa commemo=
ratio de aliis regnis, in Iuda miſcuit
deus malis Principibus bonos, poſt
Saulem miſit Dauidem & Salomo=
nem, poſt Achas Ezechiam, poſt Ma
naſſen & Amon, Ioſiam. Quare to=
to pectore deo gratias ago, quod no=
bis uerè Ioſiam alterum in hac ſene=
cta mundi donauit.

Hic noſter Ioſias primum ipſe re=
ctè didicit doctrinam de Deo, & de
filio Dei, domino noſtro Ieſu Chri=
ſto & pietatem animi uera inuoca=
tione dei in agnitione et fiducia Me=

 diatoris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

diatoris expreſſit,et mores ita rexit, ut ad legem Dei congruerent. Caſtitatem coniugij nequaquam uiolauit, fuit iuſtus in iudicijs, alienus à crudelitate & à rapacitate, ueritatis amantiſſimus cum in publicis conſilijs, tum in priuata conſuetudine. Seruans fidei in pactis, acerrimus hoſtis mendaciorum,Sophiſtices & Sycophanticæ,abhorruit ab Idolis, & Magicis exemplis omnibus. Cũ igitur primum ſuos mores recte gubernaret,intelligens ſe regem debere & gloriam dei illuſtrare, & ſaluti populi conſulere, iuſsit in omnibus templis ſuorum regnorum Euangelium ſine corruptelis doceri, & retineri ueterem conſenſum catholicæ Chriſti Eccleſiæ comprehenſum in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis et in Symbolis Apoſtolico, Niceno & Athanaſiano,quem et Confeſſio Sa=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

xonica fideliter recitat exhibita Carolo V. Imp: in conuentu Auguſtano Anni 1530. ac ſeueriſſime prohibuit ſpargi contrariam doctrinam, inſtituit & diſciplinam in Eccleſia, & aduerſus reos manifeſtorum ſcelerum uoluit Paſtores ordine Cenſuram exercere, Aboleuit & uicioſos cultus, pugnantes cum confeſſione.

Conſtituit Academiam Hafnienſem ornatam multis bonis & doctis uiris in qua & linguæ, Latina, Græca, & Ebrea propagantur & doctrina Eccleſiæ & Philoſophia recte traduntur. Id conſilium Regis prodeſt multis gentibus, ad quas doctrinæ uox perfertur, quæ quidem cognoſci poteſt ex Confeſſione quam edidit uir eruditione & pietate excellens Hemmingius. Quantum ornamentum eſt & Academiæ & Ec-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cleſiæ Iacobus Bordingus Doctor
artis Medicæ qui ad ampliſsimam
totius Philoſophiæ cognitionem ad-
iungit ueri dei Inuocationem, & ho-
neſtiſſimos mores, qui in eo non ſo-
lum naturæ moderatione, etſi hęc in
eo eximia eſt, ſed etiam à filio Dei
reguntur uoce Euangelij & Spiritu
ſancto. Sunt & in ſingulis oppidis
ſcholę pueriles conſtitutæ, in quibus
prima ætas linguam latinam & κατη-
χησιν Chriſtianam diſcit:

Multa philoſophi de optima for-
ma gubernationis diſputant. Sed
unus Pſalmi uerſus rectiſſimam &
uere ſalutarem proponit, qui inquit,
Vt conueniant Reges & populi ſi-
mul, ut ſeruiant Deo. In Regno Da-
nico, dei beneficio, uera inuocatione
ſine diſſidijs doctrinæ, conſentientes
Rex, & uniuerſa docentium et po-

puli

puli multitudo, Deum colunt. In cęteris regnis omnibus aut nullæ ſunt Eccleſiæ, et tantum regnant blaſphemæ opiniones, quæ manifeſtis contumelijs filium Dei adficiunt, ut in colluuie Mahometica, in Aſia & in Aphrica, aut Idola defenduntur immani ſeuicia, ut in Italia, Hiſpania & Gallia, aut permixtæ ſunt Eccleſijs uariæ ſectæ, ut in Germania. Hactenus uero, Dei beneficio, in Dania pia & dulcis concordia omnium docentium fuit, quæ ut ſit æterna faciat filius Dei dominus noſter Ieſus Chriſtus,

Vnicum bellum periculoſum geſſit, in quo tanta fuit eius moderatio, ut etiam hoſti uictum miſerit cum circumſeſſa urbe Hafnia, fame laboraret. Erat enim in urbe Dux Megalburgenſis Albertus cū

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nobiliſſima coniuge cognata noſtris regibus. Ad hanc ex caſtris miſit panes, carnem ferinam, triticum & auenam, uinum & cereuiſiam, ut inde & ipſa & maritus & filia & uirgines nobiles & multi in familia ali poſſent, Poſtea dedita urbe, uictis pepercit omnibus. Recuperato regno pacem iuſticia & ſedulitate in iurisdictione retinuit donec uixit. Nam & Deus eum protexit cum rectè inuocaret eum, & iuſticiam in gubernatione exerceret.

Fuit & uitæ in hoc mortali corpore finis non ſolum placidus, ſed teſtimonium etiam de futura ſalute piorum. Sæpe adfirmauit ſe cogitantem Euangelij dicta de Filio dei, erigi læticia, quæ eſt initium æterni gaudij & teſtatus eſt ueram & ſalutarem eſſe doctrinam filij Dei,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

& ut Paulus inquit, Euangelium uerè eſſe potentiam Dei ad ſalutem omni credenti. Species etiam ei oblata eſt, quæ eum conſolata eſt & diem prædixit, quo liberandus eſſet â morbo. Sæpe gratias egit Deo cum pro cæteris beneficijs, tum pro Euangelij luce, et conſolatione quam ſenſit, & ſe adſiduè filio Dei commendauit. Sæpè pro Eccleſijs, pro filijs, pro tota patria precatus eſt. Inter has precationes & gratiarum actiones, & ſententiarum Euangelij recitationes tandem anima beata ex corpore ad cœleſtis Eccleſiæ conſuetudinem educta eſt. Etſi autem illa dei dona, quæ in hac uita mortali accepit, & quibus nunc fruitur ei gratulanda ſunt, tamen nos orbati tali rege non poſſumus ſine dolore & ſine deſiderio eius eſſe. Sed

te

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

te Rex Friderice intuemur qui in
Regnum & paternas uirtutes ſucce-
dis. Scriptum eſt, Generi rectorum
benedicetur, Ideo & ſperamus tibi
deum adfuturum eſſe, & ut te guber
net & protegat, omnes omnium or-
dinũ pij homines ardentibus uotis
optamus. Inter cæteras autem regias
curas, etiam Eccleſiarum et uerę do-
ctrinæ conſeruationem tibi ſcis pri-
mum ab ipſo Deo, deinde ã patre
commendatam eſſe. Et audis hac de
re teſtem paternæ uoluntatis piam
matrem tuam, Reginam nobiliſſi-
mam. Quare ſperamns te non de-
futurum eſſe Eccleſijs & pijs ſtu-
dijs.

Hæc præfatus ſum in editione li-
brorum Moiſi in quibus ſcis præ-
cipi, ut Rex in manibus habeat li-
brum legis, ut iunioribus tradatur
memoria uirtutum Patris tui, & ut
multi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

multi inuitentur, ut mecum pro te uota faciant. Prodeſt etiam poſteros ſcire quales fuerint Reges & Principes, qui hoc doctrinæ genus, quod profitemur amplexi ſunt, & Eccleſijs proponi uoluerunt, ut intelligi poſſit, graui iudicio receptum eſſe. Bene uale. Anno. 1559. die Martij 25. quo die filius Dei ante annos 1525. in cruce uictima factus eſt. Et ſcribitur eo die creatos eſſe Adam & Heuam, ante annos 5521.

Regiæ Maieſtatis tuæ

Seruus

Petrus Palladius
Theologiæ doctor.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

LOCO PRÆFATIONIS.

Poſt commendationem ſcripturæ.

1. Dignitate.
2. Veritate.
3. Aeternitate.
4. Vtilitate.
5. Neceſſitate.
6. Sufficientia.

Poſtq; collationem inter ipſam ſcripturam & Catechiſmum, ut inter materiam & formam. Eſt enim Catechiſmus (ſicut & Loci Communes Philippi et aliorum, cum Epiſtolis Pauli ad Romanos & Galatas) uera forma ſanæ doctrinæ. Præmittatur quaſi quoddam Elementale ſeu abecedarium Theologicum, ut ita dicam, cum ſuis Diuiſionibus & combinationibus, priuſquam expoſitionem ſcripturæ ſimplicem ac literalem attingamus.

Abecedarium uoco recitationem librorum Veteris & Noui Teſtamenti, Geneſis, Exodus, Leuiticus uſq; ad finem.

Diuiſionem uoco librorum à ſe inuicem diſtinctionem. Prima Diuiſio librorum ſacrę ſcripturę eſt in Vetus & Nouum Teſtamentum partitio.

Libri Veteris & Noui Teſtamenti nu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

mero 46 dicuntur, quia ſunt ſcripti ac editi ante Chriſtum reuelatum, in quibus Deus ſuis promiſſionibus, & ſuo pacto ſuam uoluntatem de Semine mulieris benedicto teſtatus eſt.

Libri Noui Teſtamenti numero 27 dicuntur, quia ſunt editi ac diuulgati poſt Chriſtum reuelatum, in quibus Deus ſuam uoluntatem de Filio reuelato teſtatus eſt.

Sunt itaq; libri omnes Veteris & Noui Teſtamenti numero 73. computatis etiam minimis Epiſtolis, quæ ſaltem unum capitulum continent, ac reiectis tribus libris, ut non neceſſarijs, ſcilicet tertio & quarto Eſdræ, & tertio Macchabeorum.

Secunda Diuiſio librorum Sacræ ſcripturæ eſt Lyrana nempe, in

Libros:
1. Legales.
2. Hiſtoriales.
3. Doctrinales.
4. Propheticos.
5. Euangelicos.
6. Epiſtolares.

1. Legales ſunt quinq;, ut Geneſis &c.
2. Hiſtoriales ſunt ſeptendecim, computatis etiam libris Macchabeorum & Actis Apoſtolorum, ut Ioſue &c.

3. Do-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

3. Doctrinales ſunt ſeptem, ut Iob &c.
4. Prophetales ſunt octodecim, computatis etiam Threnis Ieremię & Baruch.
5. Euangelici ſunt quatuor, Matthæi &c.

Epiſtolares magni & parui ſunt uiginti duo, Poſſunt & legales dici hiſtoriales, ſed à principaliori parte, nempe lege, nomen etiam in hebræo titulo ſortiti ſunt, Vocantur enim Quinq; quinquorum legis, ſeu Quinq; quinquitates legis, id eſt, quinq; librorum inſtrumentum, ut ſignificat Græcus titulus Pentateuchon.

Legales, quia lex in eis per Moſen promulgata deſcribitur.

Hiſtoriales, quia res geſtas præcipue continent.

Doctrinales, quia breues ſententias, quibus homines erudiuntur in timore Dei continent.

Prophetales, quia à ſanctis Prophetis prædicati & ſcripti ſunt.

Euangelici, quia à quatuor Euangeliſtis ſunt ſcripti.

Epiſtolares, quia ſunt ab Apoſtolis ſcripti & ad Eccleſias miſſi.

Tertia diuiſio librorum Sacræ ſcripturæ Veteris Teſtamenti eſt in libros Canoni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cos & Apocryphos ſeu Hagiographos, Sunt autem Apocryphi.

Tobias.
Iudith.
Liber Sapientiæ.
Ieſus Syrach.
Libri Macchabeorum.
Fragmentum in Eſter.
Fragmentum in Daniele.

Differentia huius Diuiſionis eſt, quod hi nominati libri non ſunt in hebræo, reliqui autem omnes libri Veteris Teſtamenti ſunt in hebræo. Vſus huius diuiſionis, Canonici libri omnes ualent ad defendenda dogmata Chriſtianæ fidei & religionis. Apocryphi ſunt alioqui utiles.

Doctrina in omnibus libris Veteris & Noui teſtamenti contenta diuiditur in Legem & Euangelium.

LEX docet quid faciendum & quid omittendum ſit, cum omnibus exemplis obedientiæ & transgreſſionis legis.

EVANGELIVM docet gratuitam remiſſionem peccatorum propter Mediatorem Chriſtum, cum omnibus promiſſionibus & ſententijs de Gratia.

Combinationem uoco, ſeriem rerum geſtarum, ab initio mundi collàtam cum ipſis

ipſis libris Veteris & Noui Teſtamenti, in-
choando à Deo, progrediendo per Crea-
turas & redeundo ad Deum, ut à Deo ad
Adam, & ſic deinceps continuando hiſto-
rias etiam uſq; ad finem mundi, ad iudici-
um extremum, ad uitam æternam, ad De-
um ipſum, addita collatione temporum, ut

1 *Ante Legem* Adam incepit & finiuit pri-
mum millenarium.
2 Noe incepit ſecundum mil
lenarium.
3 *Sub Lege,* Abraham incepit tertium
millenarium, hic Moſes.
4 Elias incepit quartum mil-
lenarium, hic omnes ferè Re-
ges & Prophetæ.
5 *Sub Euangelio.* Chriſtus incepit quintum
millenarium, hic Apoſtoli &
S. Patres.
6 Henricus III. Roman: Imperator
cognomento Niger incepit ſextum mille-
narium & ultimum, in quo nunc uerſa-
mur, hic Papatus & hodierna Euangelij re-
nouatio, in teſtimonium illis Matth. 24.

Porro duæ fuerunt inſigniores transla-
tiones populi Dei, Altera populi Iſrael in
Aſſyrios, 4. Reg. 17. Altera populi Iuda in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Babylonem, 4. Reg. ultimo. Reges Iſrael ab Ieroboam uſq; ad Oſeæ, qui abductus eſt in Aſſyrios.

Reges Iuda ā Roboam uſq; ad Zedechiam.

Reges priores, ſcilicet Iſrael & Iuda ſimul. { 1. Saul. 2. Dauid. 3. Salomon.

Hic admoneantur Iuuenes ſacræ Theologiæ ſtudioſi, ut ita tractent hoc Abecedarium Theologicum, ut mutent illud in mille formas & figuras, nunc per inuerſionem ordinis librorum, incipiendo ab Apocalypſi, & retrogrediundo uſq; ad Geneſin, Nunc per gradationem librorum, ut ā Geneſi ad Exodum, ab Exodo ad Leuiticum &c. Nunc per gradationem rerum geſtarum ab initio, & ā Deo omnium rerum creatore ad Adam, ab Adam ad Noë & ſic deinceps. Nunc deniq; millenarios mundi cum ſuis inchoatoribus enumerando, & quæ perſonæ, res geſtæ, quæ Dei beneficia, quæ calamitates & perſecutiones Eccleſiæ fuerint in ſingulis Millenarijs annorum mundi. Nam hæc & ſimilia Tyronum Theologicorum exercitia, nunc ſolitaria, nunc diſputatoria, magnam lucem addunt doctrinæ Chriſtianæ cognoſcendæ. Sunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

enim tanquam prolegomena quædam ſeu indices, & ut ita dicam, Statuæ Mercuriales, uiam ad uerã ſcripturæ ſacræ cognitionem & intelligentiam oſtendentes, igitur non contemnenda ſunt hæc exercitia in primis, nec ſegniter prætereunda, cum habeant plus in receſſu, quàm prima fronte promittere uideantur. Interroget unus alterum.

Quot ſunt libri Moſi. ſunt Quinque

Quot ſunt libri Hiſtoriales. 12.

Quot Doctrinales. 7.

Quot ſunt libri Prophetarum. 16.

Qui ſunt? Quid in ſe continent. Quot Capita ſingulorum. Quid in primo Capite Geneſeos continetur? &c.

SCHOLIA IN LIBRVM GENESEOS.

Præmittendæ ſunt ſignificationes harum uocum Pentateuchon, Geneſis, Bereſchit, cum Biblia, Theologia, Sacra ſcriptura, ſint uoces cognotiſſimæ.

Vnde dicitur Pentateuchon? à numero quinario nomen habet, & à uerbo τέυχω, quod ſignificat inſtruo, quaſi ſit inſtrumentum quod quinq; libris conſtat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Vnde Geneſis? à gignendo ſeu generando nomen habet, propter uarias generationes, ut mundi & Patriarcharum. Quare Geneſis uocatur in Hebræa lingua Bereſchit, quia hæc eſt prima uox hæbræa in Geneſi. Solent autem hebręi ſuis libris à prima uoce ſeu dictione ſeu particula orationis nomina imponere.

Summa.

1. Liber Geneſeos continet deſcriptionem Creationis rerum, & conditionis hominis.
2. Vnde ortum ſit peccatum & mors.
3. Et per quem futura ſit reparatio amiſſæ per peccatum, uitæ æternæ, nempe per Semen mulieris.
4. Quomodo humanum genus ſit propagatum, & ſimul peccatum creuerit, donec aquis Diluuij genus humanum deletum eſt. Deinde quomodo Deus ſemen Abrahæ in populum ſibi delegerit, & idem populus iuxta uaticinium Dei abductus ſit in Aegyptum, ac ſecundum Promiſſionem ſit multiplicatus.

Diuiſio.

Diuidatur autem iuxta circumſtantiam perſonarum, in ſex partes principales, quæ

ſunt

ſunt deſcriptiones ſex illuſtrium uirorum, nempe Sanctorum Patriarcharum Adæ, Noe, Abrahæ, Iſaac, Iacob & Ioſeph.

Loci autem Communes præcipui ſunt.

1. Creatio rerum.
2. Lapſus generis humani.
3. Reſtauratio per Semen mulieris benedictum.
4. Diluuium & ira Dei contra impietatem.
5. Incendium Sodomiticum & pœna peccati.
6. Deſtructio Babel, et diſſipatio humanorum conſiliorum, cum aliis quàm in pluribus rebus geſtis Patriarcharũ.

SCHOLIA IN PRIMVM CAPVT.

Quantum ad obſcuritatem huius Capitis & Rabinorum traditiones de hoc capite, nec non aliis obſcuris quæſtionibus attinet, mittendi ſunt ſtudioſi iuuenes ad Commentarios noſtri patris Lutheri & aliorum, cum hic tantum diſcant fieri Textuales.

Summa Capitis eſt deſcriptio rerum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

creationis, Quomodo Deus in principio creauit cœlum & terram, maria, omniaq; eorum quæ in cœlo ſunt fulgentia, in aëre uolantia, gradientia in terris, & natantia in aquis.

Diuiditur, hoc Caput in ſex particulas, iuxta circumſtantiam temporis, propter exameron ſeu opera creata ſex diebus, à ueſpere præcedentis primæ noctis, quæ ad ſequentem diem pertinet, inchoata rerum creatione.

In principio) Prima pars libri Geneſeos, in qua deſcribitur ipſe Adam uſq; ad ſextum caput, Et opus primi diei, quo rudius hæc tria cœlum(ſub quo compræhenditur aqua) terram & lucem Deus ex nihilo creauit.

1. Primus Locus Commu: de æternitate Dei. Deus creauit omnia in principio, Ergo Deus eſt æternus. Quicquid fuit ante principium eſt æternum, Deus &c.

Item 2 Locus Com: de ſancta Trinitate, Elohim in plurali, ſignificat pluritatem perſonarum in diuinitate, Præterea, ſub uocabulo Deus, intelligitur Pater, ſub Dixit, Filius, Verbum Patris, et ſub uocabulo Spiritus, intelligitur Spiritus ſanctus.

Terra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Terra autem) Deſcriptio rudis terræ, Thohu enim ſignificat terram nondum rebus naſcentibus ornatam. Bohu uerò ſignificat terram adhuc inhabitabilem fuiſſe, nec diſtinctam regionibus & locis.

Et tenebræ erant) ſcilicet ante lucem creatam.

Et Spiritus Dei) Haud dubie Spiritus ſanctus, iuxta illud in Pſalmo, Et Spiritu Oris eius &c.

Ferebatur) Rachaph ſignificat fouendo aliquid circummoueri, uel in circuitu moueri, ſicut uentus mouetur circum domum, proprie Danice, at Sueſſue, ſicut Actorum. 2. uehementis Spiritus &c. Ita Spiritus Dei incubabat aquis,ſeu mouebat ſe ſuper aquas, tanquam creatas foueret & agitaret.

Fiat lux) Porrò in ſingulis diebus creationis duo ſunt obſeruanda pręcipuè, ſcilicet conſilium diuinum ſeu ſanctę Trinitatis per uocē fiat, deinde ſtatim opus ipſum, & effectus conſilij per uocē facta eſt &c. nam Dei uerba res ſunt, res ueræ & ſubſiſtentes.

2. Et dixit Deus) Secunda particula huius capitis,continens ſecundū opus creationis, quo cœlum ſuper nos extendit, ut etiam-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

etiamnum hodie uidemus, ut hoc opus ſit cœli perfectio. Porrò ſub hoc opere, piè credimus Angelos eſſe creatos, de quibus Moſes hic expreſſe nihil ſcribit, ſed infra multoties. Firmamentum) Rachia ſignificat extenſionem, unde Daniciſmus noſter, at ræcke, nomen habet, iuxta illud, Extendit cœlum ſicut pelleum.

3. Et dixit Deus) Tertia particula continens tertij diei opus, quo terram ſuper aquas extraxit in uſum hominis, non dum creati nec non eam rebus naſcentibus ornauit, ut hoc opus ſit terræ perfectio.

4. Dixit autem Deus) Quarta particula continens opus quarti diei, quo lucem rudem illuſtrauit ac ornauit, deducendoeam in Solem, Lunam, quæ luminaria cœlo infixit ad lucendum ſuper terram, & ad tempus diſtinguendum ut hoc opus ſit perfectio lucis.

5. Dixit autem Deus) Quinta particula continens quinti diei opus, quo Deus iam fixa creauit, ut Solem &c. ſed ſoluta ſub cœlo, nempe uolucres cœli, & piſces maris in cibum hominis nondum creati.

6. Dixit quoq; Deus) Sexta particula

cula continens opus ſexti diei, quo iam non infixa terræ,ut ſecundo die res naſcentes,ſed in terra & ſuper terram ſoluta,ut iumenta,reptilia & beſtias,Deniq; etiam hominem (faciamus) qui omnibus rebus creatis uteretur, creauit.

Dixitq; Deus) Concluſio primi capitis de conſeruatione hominis & omnium animantium, in ſuis generibus & ſpeciebus. Glorificetur ergo Deus,qui tam uariē ſuam potentiam in hoc Capite nobis oſtendit, qua omnia creauit ſuper omnem rationem & intellectum.

SCHOLIA IN SECVNDVM CAPVT GENESEOS.

Hoc caput etiam, de loco creationis agit,& adhæret primo capiti, per repetitionem. Eſt enim repetitio quarundam particularum prioris capitis, Nam deſcribit creationē hominis & ſeorſim mulieris, nec non inſtitutionem Coniugij cum inſtitutione Sabbati & deſcriptione loci Eden &c.

Diuidatur autem in duas partes, quarum prior tertij diei opus, poſterior uero ſexti concernit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci Communes ſunt.

1. De Sabbato.
2. De ui & uirtute conſeruandi res creatas, ſeu de prouidentia Dei, in rebus creatis.
3. De immortalitate animæ.
4. De uita Aeterna.
5. De Paradiſo.
6. De Eccleſia, cultu & lege Dei in Paradiſo.
7. De morte corporali & æterna.
8. De Coniugio.
9. De innocentia hominis ante peccatū.

Igitur perfecti) Epilogus creationis rerum, in quo Moſes & Dei ceſſationem ſeu requiem ab omni opere creationis & Sabbati benedictionem & ſanctificationem comprǽhendit. Porrò de Sabbato infra in Exodo. Vide Locos Com: Philippi in tertio præcepto de Sabbato.

Iſtę ſunt generat:) Prima pars huius capitis, quæ concernit opus tertij diei propter terræ naſcentia, quæ hic repetuntur, & propter locum Eden, in quem tanquam in ſingulare domicilium introduxit DEVS Adam, ut eum locum coleret & cuſtodiret.

Porrò duas rationes ponit, quibus oſten

dit

dit Deum ex nihilo terram cum omni ſuo ornatu creauiſſe, prior, quia uapor aſcendens è terra, non dum calore Solis in mediam aeris regionem eleuatus erat, unde naturaliter fit pluuia, nec homo creatus erat qui coleret terram & exerceret agriculturam. Deus igitur in creatione rerum, ſuam mirabilem ac infinitam potentiam atq; ſapientiam oſtendit, in hoc quòd ex nihilò creauit omnia.

Formauit igitur) Hæc particula ſpectat ad opus ſexti diei. Nam declarat Adæ formationem, quod non ſolum acceperit à Deo communem cum reliquis animantibus uitam, ſed etiam uitam in æternum duraturam & animam immortalem. Nam hic ſingulare aliquid per hanc inſpirationem & animam uiuentem ſignificatur.

Vide lib: Philip: de anima.

Plantauerat autem) Redit ad opus tertij diei. Deſcribit enim locum Eden ſeu Paradiſum, ut hominis principalem ſedem ſeu arcem, in qua tanquam gubernator aliarum creaturarum habitaret Adam. Sed hic locus in Diluuio ſic turbatus eſt, ut ab hominibus ubi ſit, neſciatur. Fuerat autem amæniſſimus hortus, ut hic apparet.

Vide de loco Eden Eſa: 37.

Lignum

Lignum Vitæ) ſcilicet unde homines recrearentur & confortarentur.

Lignum ſcientiæ) unde hominis obedientia erga Deum cognoſceretur.

Et fluuius egrediens) Exaggeratio loci de amænitate Paradiſi. Conſulatur Mappa, tunc admiratione ducamur, quomodo omnia ſunt in Diluuio turbata, & ã ſe inuicem ſeparata, quod facilè, quærenti apparebit, in his quatuor fluuijs, quod non ex uno fonte promanaſſe uideantur.

Tulit ergo) Concluſio primæ partis huius capitis de dominio Hominis ſuper omnes Creaturas & de ipſius religione, quam accepit ex mandato Dei per prohibitionem ligni ſcientiæ boni & mali.

Porrò ſub hac prohibitione ſunt etiam omnia Dei præcepta cordi hominis à Deo indita, & in naturam eius inſcripta, ut hic ſit Locus Com: De uero cultu Dei, de Lege, deq; Eccleſia, de morte æterna & corporali.

Dixit quoq;) Secunda pars huius capitis, quæ propriè concernit opus ſexti diei propter mulieris creationem, quæ hic ſeorſim deſcribitur ſatis miraculoſè.

Faciam) Conſilium diuinum & myſterium Trinitatis, ut ſupra in uerbo faciamus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

mus, ut credamus unum eſſe Deum & tres perſonas in diuinitate.

Dixitq; Adam) Locus de inſtitutione Coniugij.

Erat autem uterq;) Locus de innocentia primorum parentum ante lapſum, & paraſceue ad 3.cap.

SCHOLIA IN TERTIVM CAPVT GENESEOS.

Hactenus deſcripſit Moſes Adæ creationem & deinde conditionem ante lapſum, Nunc proſequitur ipſius deſcriptionem in lapſu, ut ſumma huius capitis ſit lapſus hominis & pœna peccati, in omnem eius poſteritatem deriuata. Serpens enim ſeduxit hominem, ideò maledicitur unà cum homine, ſed homini promittitur Semen, quod eſt Chriſtus.

Diuidi poteſt hoc Caput in tres partes. In Prima de peccato & cauſa peccati. In Secunda, de Lege & promiſſione Euangelij, & in Tertia de Cruce & calamitatibus humani generis agitur, nobis in Exemplum, ut uerbum Dei fideliter obſeruemus, peccatum fugiamus & aſtutiam Satanæ declinemus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt in hoc Capite.

De aſtutia & tentationibus Diaboli.
De incredulitate, inobedientia & lapſu hominis.
De Originali peccato.
Quod peccatum ſit ortum ex Diabolo & uoluntate humana.
De mala Conſcientia.
De corruptione Naturæ.
De Lege.
De Promiſſionibus.
De Cruce, &c.

Sed & Serpens) Prima pars eſt huius capitis de peccato, morte & Diabolo, quòd ex inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Satan enim in forma ſerpentis, Euam ſua aſtutia ſeducit 2. Corinth. 11. ut mendax & pater mendacij Iohan. 8.

Cur præcepit uobis) Incipit colloquium ſeu dialogiſmus inter ſerpentem & mulierem, in quo uerbum Dei redditur incertum, mutatur, omittitur, additur aliquid et mendacij, Deus arguitur, ut fit quando Diabolus & uoluntas humana conſentiunt contra uerbum Dei.

Vidit

Vidit igitur mulier) Locus de conſenſu uoluntatis humanæ in peccato, deqꝫ concupiſcentia.

Et aperti ſunt oculi) Sequitur ſenſus peccati & mortis atqꝫ mala conſcientia accuſans. Peccatum enim cum in actu eſt, non ſentitur, cum tranſijt, nimium ſentitur, ut infra etiam de Cain cap.4.

Et cum audiſſent) Secunda pars capitis de lege & terroribus legis. Deinde de Euangelio & promiſſionibus atqꝫ de fide, Miſcetur enim colloquium inter Deum & primos parentes, in quo territi reſtituuntur per promiſſionem de Semine, cui credunt & à peccato liberantur, non ut non ſit in humana natura, ſed ut credentibus non imputetur.

Mulieri quoqꝫ dixit) Tertia pars capitis de cruce & calamitatibus generis humani propter peccatum. Exponit enim Deus quid per calcanei morſum intelligi uelit, nempe tentationes & perſecutiones Satanæ, ut homines, ab eodem, à quo paſſi ſunt ſe ſeduci, per totam uitam ſe uexari patiantur.

Et uocauit Adam) Sequitur in cruce conſolatio, nempe quod non moreren-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tur in æternum. Eua enim à uita nomen accepit, non à morte, ut hoc ſit hominibus credentibus memoriale quoddam æternæ uitæ.

Fecit quoq; Dominus) Sequitur etiam memoriale mortis in his pelliceis ueſtibus, quibus à Deo teguntur primi parentes, ut agnoſcant ſe mortales eſſe.

Et dixit Dominus) Sequitur tertium memoriale ſcilicet peccati, per ironiam & expulſionem Parentum è loco Eden.

Cherubin

Cherub) à pulchritudine faciei nomen habet apud Chaldeos, inde Cherubin angeli dicuntur, quaſi pulchra facie apparentes.

SCHOLIA IN QVARTVM CAPVT GENESEOS.

Pergit Moſes deſcribere perſonam Adæ poſt lapſum, in ſuis filijs & in ſua poſteritate, nempe miſerum & calamitoſum hominem, qui iam non à creatione tantum uocetur Adam, ſed etiam Enos à miſeria & calamitate. Sentit enim ſtatim in ſuis filijs horrendæ tranſgreſſionis fructum & peccatum eſſe pœnam peccati. Nam pius Abel occi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

occiditur à Cain impio ſuo fratre, qui de miſericordia Dei deſperans fugit, ut ſumma Capitis ſit cædes Abel & fuga atq; progenies Cain cum Eccleſia Cainica.

Diuidatur hoc Caput potiſſimum in duas partes. In priori peccatum hypocriſis, & tandem deſperatio Cain. In altera progenies eius impia deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

De procreatione prolis & propagatione generis humani.
De Vocationibus.
De uero & falſo cultu Dei.
De fructu Originalis peccati nempe homicidio.
De cruce & perſecutione Eccleſiæ.
De hypocriſi & pertinacia ſeu peccati defenſione.
De exilio
De diffidentia & deſperatione.
De Eccleſia cainica ſeu impiorum.
De inuentoribus rerum & artium.
De inſtauratione ueri cultus Dei.

Adam uerò) Prima pars huius Capitis de peccato, hypocriſi & deſperatione atq; fuga ipſius Cain poſt interfectum Abe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

lem fratrem ſuum, Acquiſiui hominem uel uirum Deum, id eſt, Meſſiam à Deo promiſſum, ſed fruſtrata eſt ſpe ſua Eua.

Fuit autem Abel) Locus de uocationibus, naſcitur enim ex utero matris unuſquiſq; ad aliquam ſingularem uocationem, ad quam aptus natus tandem apparet pro diuerſitate indolis & ingeniorum, in qua uiuat & maneat uſq; ad mortem.

Factum eſt autem) Locus de uero et falſo cultu Dei. Cain enim coluit Deum falſo cultu, non iuxta promiſſionem, ut parentes & frater eius Abel, qui fide potiorem hoſtiam, quam Cain, obtulit Deo.

Iratuſq; Cain) Sequuntur gradus iniquitatis ad facinus parricidij, Cain enim ubi uidet ſe excommunicatum & primogenitura, id eſt, Regno & ſacerdotio priuatum, mox inuidet fratri, quem Deus acceptauit, & de eius interfectione cogitat. Hæc inuidia Cainica manet etiam hodie in cordibus impiorum. Hoſtis Herodes impie &c.

Concidit facies) Secundus gradus racha ſeu ſignum iræ. Non potuit fratrem niſi toruo uultu & minacibus oculis aſpicere &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Dixit Dominus) ſcilicet per Adam patrem, ut iam iuſtificatum et donatum Spiritu ſancto. Quicquid miniſter uerbi ſecundum uerbum Dei ex Spiritu ſancto dicit, id rectè Deus dixiſſe dicitur. Eſtq; hæc pia & ſalutaris admonitio, ſed à Cain contempta.

Dixit Cain) ſcilicet in dolo. Secundus gradus, fatue.

Cumq; eſſent in agro) Quartus gradus ipſum factum parricidij.

Et ait Dominus ad Cain) ſequuntur nunc gradus in pœnis infligendis.

Vbi eſt Abel) Examen & hypocriſis Cain.

Quid feciſti) reuelatio peccati.

Nunc igitur maledictus) ſententia pœnæ, id eſt, eſt ſeparatus à gloria futuri ſeminis.

Dixitq; Cain) Deſperatio Cain horrenda de uenia conſequenda.

Ecce eijcis me) ſcilicet ab Oeconomia, Politia, Eccleſia, id eſt, excommunicas me.

Sed interim manet in mundo magnus dominus, & cum ſua poſteritate perſequitur Eccleſiam, ut fit, ubi homines excommunicati deſperant de ſalute.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Deus dat Cain uitam & poſteritatem, dum promittit ei protectionem uitæ & addit uxorem, uolebat eum diu uiuere, cum nota infamiæ propter atrox homicidium alijs in exemplum.

Cognouit autem) Secunda pars huius Capitis de progenie & poſteritate Cain, hæc eſt Eccleſia malignantium in originali mundo propter quos Deus tandem perdidit mundum diluuio.

Dixit Lamech uxo:) locus obſcurus propter diuerſas interpretationes. Fingunt hunc Lamech occidiſſe Cain fortuito, ſed hoc nihil eſſe uidetur. Occiderat alioqui Lamech uirum & adoleſcentem, dignus ut de eo ſumeretur uindicta, ſed conſolatur ſuas uxores uerbo mendaci ac ficto, quod in Cain uerum eſſe audiuerat.

Septuplum ultio &c.) Id eſt, Deus conceſſit mihi uitam & poſteritatem, uox uana & ſecuritatis uox.

Cognouit adhuc Adam) ſequitur paraſceue ad Caput ſequens, de generatione piorum, ~~Seth à ponendo nomen habet, ut inſtaurator ueri cultus Dei~~.

Seth nomen habet a ponendo.

SCHOLIA IN QVINTVM CAPVT GENE:

Sequi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Sequitur Adæ poſteritas & Eccleſia piorum in originali mundo, contra Cainicos ſupra enumeratos,ut ſumma Capitis ſit Genealogia Adæ uſq; ad Noe, ſeu Adæ progenies & Eccleſia Dei,uide Luc.3. & 1. Paral.1. Porro caput hoc non tantũ eſt celebre propter Enoch à Domino tranſlatum, ſed etiam neceſſarium propter annorum mũdi obſeruationem. Numerantur aũt anni ſingulorum horum Patriarcharum tripliciter. Primum ab utero matris uſq; ad tempus generationis,id eſt, quo cœperunt generare filios & filias. Deinde ab eo tempore uſq; ad mortem. Poſtremo tertius numerus ex duobus prioribus per additionem exit, ſignificans totam ſingulorum ætatem, ab utero matris ad ſepulchrum. Sed primus numerus in ſupputationem annorum mundi computari debet, Reliqui duo quamdiu ſimul uixerunt, demonſtrant. Porro longæuitas patrum in originali mundo contigit ex ſingulari Dei beneficio & prouidentia, propter teſtimonium creationis rerum & reſtaurationis humani generis, per Semen mulieris. Præterea quia uixerunt in ſumma temperantia & ſobrietate,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui huius capitis ſunt.

1 De Eccleſia.
2 De Supputatione annorum Mundi.
3 De Longæuitate.
4 De Sobrietate & temperantia.
5 De Immortalitate & æterna uita, ſeu reſurrectionis exemplo.
6 De Caſtitate, ſcilicet in Noe.

Ambulauit cum Deo) Locus de Immortalitate & uita æterna. Ebre. 11. Fide Enoch translatus eſt, ne uideret mortem & non inueniebatur, quia tranſtulit eum Dominus, ante translationem enim habuit, placuiſſe Deo, ſine fide autem &c.

Noe uerò) paraſceue ad ſequentia capita, & locus de dono caſtitatis, in, & extra coniugium. Summa enim caſtitas in Noe fuit quod quingentis annis à coniugio abſtinuerit, deinde filios generauerit.

Habemus deſcriptionem Adæ ante, in & poſt lapſum, ſcilicet quòd conditus ſit ad immortalitatem, nempe, ad Imaginem Dei, ut in primo cap: quod apparet etiam in ſecundo cap. &c. quæ poſt lapſum Adæ renouatur per promiſſionem de Semine, &

lucet

lucet in Abel quarto cap: & in Enoch cap. quinto, Reliqua uide in Tabulis meis.

SCHOLIA IN SEXTVM CAPVT GENESEOS.

Hactenus Adam à Moſe deſcriptus eſt, nunc deinde deſcribit Noe uſq; ad 12. caput. Sit igitur hæc ſecunda pars libri Geneſeos, Cuius Summa eſt de cauſis, inundatione & ceſſatione diluuij, de benedictione & inebriatione Noe, de generatione filiorum Noe, deq; filijs & poſteritate Sem. In ſumma deſcribit Noe ante, in & poſt diluuium ſicut ante deſcripſit Adam ante, in & poſt lapſum. Porrò ſumma huius Sexti capitis eſt cauſa diluuij & forma arcæ, ſeu decretum Dei de diluuio, in pœnam peccati hominum.

Diuidatur hoc Caput in duas partes. In priori conqueritur Deus ipſe de malitia humana, nec non ex toto genere humano Noe ſolum eligit. In altera fabricationem arcæ pro reliquijs originalis mundi conſeruandis inſtituit.

Loci præcipui huius capitis ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

1 De contemptu Verbi & Spiritu Dei.
2 De comminationibus Dei.
3 De uita ſcelerata.
4 De longanimitate Dei.
5 De proteruitate impiorum.
6 De horrenda ira Dei contra impietatem.
7 De pœna peccatorum.
8 De mirabili conſeruatione Eccleſiæ.
9 De pacto Dei.
10 De obedientia Dei.

Cumq; cæpiſſent) Prior pars huius capitis, de Querela Dei aduerſus maliciam hominum.

Videntes fil:) Prima cauſa diluuij impietas & idolatria, Filij enim Dei, id eſt, habentes promiſſionem Dei de Semine, degenerarunt à pietate ſanctorum Patriarcharum, & impijs ſe adiunxerunt per coniugij ſocietatem facti idolatræ.

Non perma:) Prima comminatio Dei, haud dubiè per Noe ad totum mundum, ſicut ſupra per Adam ad Cain.

Eruntq; dies) Epijkia comminationis per ſpacium & tempus pœnitentiæ, locus de longanimitate Dei.

Tyranni) Secunda cauſa diluuij oppreſſio pauperum.

Videns

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Videns autem) Tertia cauſa diluuij, omnis generis ſcelera & flagitia.

Delebo hominem) Secunda comminatio Dei.

Corrupta eſt) Quarta cauſa diluuij, uulnus immedicabile, nempe corruptio terræ.

Finis uniu:) Tertia comminatio Dei.

Fac tibi arcam) Secunda pars huius Capitis de fabricatione Arcæ, quæ fuit quoddam uiſibile uerbum & quaſi Sacramentum prædicationis Noe.

Ecce ego) Quarta comminatio Dei, reliquis adhuc clarior.

Statuamq;) Epijkia comminationis de pacto Dei cum Noe, quo reddit Noe certiorem de liberatione.

Fecit igitur Noe) Exequutio mandati Dei. Locus de obedientia Dei.

SCHOLIA IN CAPUT SEPTIMUM.

Sequitur Noe deſcriptio in Arca, totius uerò mundi perditio extra arcam in diluuio, ut ſumma huius Capitis ſit, Ingreſſio Noe in arcam, & exundatio diluuij. De arca, uide 1. Pet. 3.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Porrò diluuium incepit anno mundi 1656. anno uerò Noe 600. anno uero Sem centeſimo. Creuit autem 40 diebus & noctibus, Deinde permanſit in ſuo uigore centũ quinquaginta diebus. Poſtremò decreuit 40 diebus & totidem noctibus, durauit autem anno uno & decem diebus, quod ex hoc & ſequenti Capite colligi poteſt, computatis etiam diebus, in quibus exiccata & prorſus arefacta eſt terra. Pro diuiſione huius capitis, cum ſit continua hiſtoria horrendi diluuij, diſcrimen inter totum Mundum & Eccleſiam Dei, non hic ſolum, ſed etiam in hiſtorijs omnium temporum obſeruari debet. Deus enim finaliter Mundum punit, & conſeruat Eccleſiam.

Loci præcipui ſunt.

1. De ira & miſericordia Dei.
2. De peccato & pœna peccati.
3. De modis & medijs conſeruandi pios.
4. De prouidentia & prouiſione diuina.
5. De cura Dei pro Eccleſia.

Dixitq́;) Repetitio mandati de ingreſſione arcæ, & locus de ingenti Dei pro Eccleſia ſollicitudine.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Ex omnibus) Repetitio de animantibus in arcam introducendis.

Porrò quod ſupra in fine Sexti dixit, bina animantia, de immundis animantibus, hic uero ſeptena de mundis intelligendum eſt, ſcilicet quod eſſent ex ſingulis ſpeciebus tres maſculi & tres fœmellæ, quibus adderetur ſeptimum, nempe maſculum quo uteretur ad ſacrificia Noe.

Adhuc enim) Repetitio de finali comminatione.

Fecit ergo) Repetitio de obedientia Noe, quæ præſupponit fidem ipſius uerbo Dei repetitionibuſq; crebris confirmatam.

Anno ſexcen:) Diluuium incipit menſe 2, id eſt, uel in Maio uel in Aprili, die 17. ſcilicet, &c.

In articulo) Repetitio ingreſſus Noe, & exaggeratio fidei & obedientiæ Noe.

Et clauſit) Cura Dei pro Eccleſia.

Factum eſt diluuium) Augmentum diluuij uſq; ad 28 diem menſis tertij, ſcilicet Siuan, qui reſpondet noſtro Maio.

Conſumpta eſt) Effectus diluuij 2. Petri 2. Si Deus originali mundo non pepercit. Sed octauum Noe Iuſticiæ præconem ſaluauit &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Remanſit ſol:) Locus de conſeruatione Eccleſiæ. Deus enim conſeruat eam, etiamſi uideatur interdum eam prorſus obliuioni tradidiſſe. Sap. 10. Cum aqua deleret terram, ſanauit iterum ſapientia per contemptibile lignum, iuſtum gubernans.

SCHOLIA IN OCTAVVM CAPVT.

Moſes continuat hiſtoriam de diluuio deſcribens eius ceſſationem & egreſſionem Noe, quodq; Deus in media ira recordetur miſericordiæ ſuæ.

Loci præcipui ſunt.

1. De perſeuerantia in uerbo Dei & fide.
2. De miſericordia Dei.
3. De obedientia, erga Deum.
4. De gratiarum actione.
5. De promiſſionibus.
6. De concupiſcentia & fragilitate humanæ naturæ.
7. De partibus anni.

Recordatus eſt) Locus princpialis in hoc Capite. Primum enim conſolatorius eſt, quod non dormit nec dormitat, qui cuſtodit Iſrael. Deinde exemplum eſt fidei per-

perſeuerantiæ,& patientiæ Noe. Porrò hic incipit impleri illa promiſſio facta Noe in ſexto capite, Statuam pactum meum tecum, id eſt, tu & filij tui futuri eſtis ſemen humani generis.

Adduxit ſpiritum) Id eſt, uentum urentem. Hoſe. 13. Porrò his quatuor modis decreſcebat diluuium, ſcilicet adductione uenti ſicci, concluſione fontium abyſſi, clauſione feneſtrarum cœli & prohibitione pluuiæ, hæc ſunt ſigna recordationis Dei.

Emiſit coruum) Vt ſic intelligeret an animalia poſſent iam figere pedem & paſtum habere, de allegorijs conſulendi ſunt Commentarij Lutheri. Sed omnia eò referenda ſunt, quod Deus memoriam Noe retinuerat in diluuio.

Menſe ſecundo) Confer hunc numerum cum numero, qui eſt in ſeptimo capite & uidebis Noe fuiſſe in Arca annum unum & decem dies.

Locutus eſt Dominus) Mandatum Dei ad Noe de deferenda Arca, quod cum patientia Noe expectauit, ut nos ſine uerbo & mandato Dei, nihil inſtituamus, præſertim coram Deo & in cultibus Dei.

Creſcite) Noua benedictio de propagatione animantium poſt diluuium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Aedificauit autem) Reſtitutio Religionis poſt diluuium & ſacrificandi ritus apud Patriarchas, quibus inuocauerunt Deum & gratias egerunt Deo, ut ſuprà de ſacrificijs Abelis & Cain.

Et odoratus eſt) Id eſt, delectatus ſacrificio Noe, id eſt, inuocatione, gratiarum actione, laude, doctrina. Mira eſt autem Metaphora in uerbo odorandi, ſumpta à ritu ueteri. Quia Deus dicebatur odorari ſacrificia, cum diuinitus incendebantur. Id erat ſingulare teſtimonium quod placerent & acceptarentur. Vide hæc copioſius in Loc: Com: Philippi de Bonis operibus in tertia quæſtione in fine.

Nequaquam) Deus mitigationem pœnarum in poſterum promittit, loquitur autem de uniuerſali perditione terræ, non de particulari, cum agros, urbes, regna perdit, huc colores Iridis.

Senſus enim) Inſignis locus de peccato originali, quod promanat in omnes poſteros Adæ, Rom. 3. 11. de corruptione naturæ, de concupiſcentia.

Adhuc) Promiſſio de reſtitutione terræ. Dicit autem diſertè dies terræ, propter dies cœli ſecuturos. Porrò hinc à Iudæis ſex anni partes collectæ ſunt.

SCHO-

SCHOLIA IN NONVM CAPVT.

Incipit Moſes deſcribere Noe poſt diluuium, ubi primum benedicitur. Deinde Coniugium confirmatur & conceditur eſus carnium & piſcium. Mox etiam ius gladij de humano ſanguine non fundendo promulgatur. Ad hæc pactum Dei cum Noa & arcus ſignum pacti ſtatuitur. Poſtremo Noe inebriatur, & tandem nongentorum & quinquaginta annorum moritur.

Diuidatur hoc Caput in duas partes. In priori de benedictione & pacto DEI cum hominibus agitur, quibus dat leges bonas ad conſeruationem humanæ ſocietatis. In altera præclarum de honorandis parentibus exemplum proponitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De benedictionibus diuinis.
2. De dignitate hominis.
3. De uſu carnium.
4. De inſtitutione & ordinatione politiæ ſeu poteſtatis gladij.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

5. De pœna homicidij.
6. De Magiſtratu.
7. De pacto Dei.
8. De Iride.
9. De ebrietate.
10. De honorandis parentibus.
11. De pœna inobedientiæ erga parentes.

Benedixitq;) Prima pars huius Capitis de Benedictione Dei. Eſtq; hæc magna conſolatio cum anima pendeant ex benedictione Dei.

Et terror) Locus de dignitate & dominio hominis ſuper omnes creaturas in terra, & de eſca hominis, & uſu carnium contra Papiſticam prohibitionem.

Excepto) Correctio addita eſt in terrorem homicidij.

Quicunq; effuderit) Ciuilis Magiſtratus inſtituitur.

Vos autem creſcite) Repetitio benedictionis.

Ecce ego ſtatu:) Pactum Dei cum Noe poſt diluuium. Porrò pactum hoc aliud eſt à pacto de Semine mulieris, quia commune eſt nobis cum animalibus, ſcilicet quod Deus non amplius perdat humanum genus diluuio, nec non omnem animam uiuentem.

Hoc

Hoc ſignum fœderis) Signum ſequitur promiſſionem nempe Iris, ſeu Arcus cœleſtis, de quo legantur Ariſtotelis Meteora. Porro colores Iridis etiam ſunt obſeruandi propter diluuiũ & propter extremũ diem.

Erant ergo filÿ) Hucuſq; hiſtoria diluuÿ, Sequitur nunc deſcriptio Noe poſt diluuium & poſteritatis Noe. Eſtq; hic paraſceue ad ſequens Caput de Genealogia filiorum Noe.

Cœpit Noe) Secunda pars huius Capitis cum ſuis particulis, quarum prima eſt de uitio Ebrietatis.

Quod cum uidiſſet Cham) Secunda par ticula de irreuerentia filiorũ erga parentes.

At uero Sem) Tertia particula de reuerentia filiorum erga parentes.

Euigilans autem Noe) Quarta particu la de pœna irreuerentiæ filiorum erga parentes.

Dixitq;) Quinta particula de præmio reuerentiæ filiorum erga parentes. Porrò omnia hæc exempla, ſunt etiam ad Religionem & politiam applicanda, ſcilicet ut uitia maiorum noſtrorum tegantur, quantum fieri poteſt, potius quam retegantur, & in publicum traducantur Sunt enim homines & caro, ſicut & totum genus humanum.

Vixit autem Noe) Clauſula huius capitis de ætate & morte Noe, cum quo uixit Abraham 58 annis, idque propter teſtimonium de creatione & promiſſione Seminis.

SCHOLIA IN DECIMVM CAPVT.

Pergit Moſes deſcribere poſteritatem ipſius Noe & filiorum eius, ut ſumma huius capitis ſit Genealogia ſeu generatio filiorũ Noe, Sem, Cham & Iaphet, & propagatio generi humani per eos facta necnon regnorũ origines. Diuidatur in tres partes iuxta numerum filiorũ Noe, tametſi generationis ordo, iuxta ordinem nominum non ſeruatur. Interim tamen Moſes hic totum orbem in tres partes diuidit. Quarum primã tribuit Iaphet nempe orientalem & occidentalem ad Aquilonem. Cham ſecundam ad Meridiem occidentalem. Et Sem tertiam ad Meridiem oriẽtalem ut Europa ceſſerit Iaphet, Aſia Sem & Aphrica Cham, utq; Cham ſit pater Chananeorum, Sem Iudæorum & Iaphet gentium. De his conſulite Geographos & tabulam atq; annotationes meas, ubi copioſius explicantur omnia, ut non ſit opus hic morari.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui
ſunt.

1. De diuiſione mundi.
2. De fortuna aduerſariorum Eccleſiæ in hoc mundo.
3. Quod impij ſunt fœlices, pij infœlices.
4. De imperijs Orbis terrarum.
5. De Tyrannis.

Hæ ſunt genera.) Prima pars de poſteritate Iaphet.

Iſte cæpit eſſe) Id eſt, Primus cæpit regnare, unde poſtea prima Monarchia cæpit & Eccleſiæ grauiſſima perſecutio & oppreſſio per impiam nobilitatem, quæ hic per uenatorem Nimrod intelligitur.

Filij autem Cham) Secunda pars capitis de poſteritate Cham.

De Sem) Tertia pars.

SCHOLIA IN VNDECIMVM CAPVT.

Sequitur ultimum Caput in deſcriptione Noe, cuius ſumma eſt, ædificatio Babel, Confuſio linguarum, Genealogia Sem filij Noe, uſq; ad Abraham. Aedificatur enim Babel ab hominibus pijs, nempe poſteris Cham, ſpirituali maledictioni obnoxius,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quorum linguæ confunduntur. Et deinde recitatur Genealogia Sem, propter Chriſtum & Abraham patrem credentium.

Diuidatur in duas partes. In priori confuſio linguarum, In altera poſteritas Sem deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De falſa Eccleſia.
2. De Securitate & ſuperbia.
3. De impietate,conſilio, ſtudio & cogitationibus impiorum.
4. De diuiſione & multitudine ac diuerſitate linguarum.
5. De conſeruatione Eccleſiæ.
6. De populo Ebræo.

Erat autem) Prima pars capitis de confuſione linguarum. Humana enim conſilia nihil ualent non promouente Deo. Nam Deus ſuperbis reſiſtit, molientibus aliquid per ſeditionem & ſine uocatione, uel in Eccleſia uel in politia.

Dixit alter) Conſilium impiorum ex ſecuritate & ſuperbia profectum.

Priuſquam diuida:) Prophetant impij ſibi ipſis malum ex mala cõſcientia, quodq; timent impij,id accidit eis.

De-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Deſcendit Deus) Locus de reuelatione peccati, contra ſecuritatem impiorum.

Deſcendere Deum, ſignificat Deum facere finem ſuæ longanimitatis & oſtendere ſe tandem ad infligendam pœnam impijs.

Venite deſcend:) Conſilium diuinum de diſſipatione conſilij impiorum, in conſolationem piorum, qui non tàm in præſentem impiorum furorem atq; tyrannidem oculos conijciant, quam aſcendant in cœlum ſuis cogitationibus & uideant quid Deus habeat in animo, et quomodo ipſe affectus ſit contra impios.

Hæ ſunt gene:) Secunda pars capitis, in qua Moſes poſteritatem ipſius Sem deſcribit, in linea qua rectè deſcenditur ab Abraham propter Seminis promiſſionem. Vixerunt autem hi Patres in ſecundo Millenario annorum mundi, ſed non tanta longæuitate, quanta parentes Noe uixerunt propter cauſas prius recitatas. Huc uſq; Secunda pars huius libri &c.

SCHOLIA IN DVODECIMVM CAPVT.

Tertia pars libri Geneſeos, & quaſi Tertius liber, qui continet hiſtoriam & deſcri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ptionem tertiæ illuſtris perſonæ, ſcilicet Abraham in tertia ætate, nempe, in principio tertij millenarij annorum mundi, uſq; ad uiceſimum quintum caput. Porrò celebris eſt hæc pars, non ſolum propter ipſius promiſſionis de Semine renouationem, ſed etiam propter egregios locos, de pœnitentia, Lege, Euangelio, fide, obedientia, uitæ renouatione. Continet hæc pars in ſumma.

1. Profectionem Abrahæ in Aegyptum.
2. Separationem Abrahæ & Loth.
3. Victoriam Abrahæ de quatuor Regibus.
4. Promiſſionem ſeminis factam Abrahę.
5. Condormitionem Agar.
6. Circumciſionis inſtitutionem & promiſſionem Iſaac.
7. Dei & Abrahæ de Sodomitis colloquium.
8. Subuerſionem Sodomorum.
9. Peregrinationem Abrahæ.
10. Natiuitatem Iſaac.
11. Immolationem Iſaac.
12. Mortem & ſepulturam Saræ.
13. Sponſalia Rebeccæ uxoris Iſaac.
14. Mortem & ſepulturam Abrahæ, ſingulas particulas in ſuis capitibus.

Porrò

Porrò ſumma Duodecimi Capitis eſt de obedientia Abrahæ, de promiſſione facta ei, de fuga in Aegyptum tempore famis & de periclitatione propter uxorem. Egreditur enim patria à Deo uocatus Abraham & accipit promiſſiones de Chriſto, ac uenit in periculum uitæ propter uxorem in Aegypto.

Diuidatur hoc Caput in duas partes, iuxta duas Abrahæ profectiones, alteram in terram Canaan, alteram in Aegyptum.

Loci pręcipui ſunt.

1. De miſericordia & promiſſione Dei.
2. De fide & obedientia.
3. De renouatione, conſeruatione & gubernatione Eccleſiæ.
4. De origine Iudæorum & benedictione gentium.
5. De perſeuerantia in fide.
6. De cruce & calamitate Sanctorum.
7. De mendacio & lapſu Sanctorum.
8. De protectione Dei.
9. De ignorantia &c.

Dixit autem) Prima pars huius Capitis de peregrinatione Abraham ex Charan in terram Canaan. Et locus de miſericordia

Dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Dei liberantis nos ab idolatria & omnibus malis. Teſtatur enim ſcriptura Ioſ. 24. Abraham fuiſſe idolatram & ſeruijſſe dijs alienis.

Faciam te) Prima promiſſio de Semine, quæ extendit ſe etiam ad gentes & omnes qui exemplo Abrahæ crederent in Semen benedictum.

Egreſſus eſt) Locus de fide & obedientia Abrahæ uoluntati diuinæ ſtatim obſequentis. Duplex egreſſus, Prior ex Vr, Poſterior ex Charan.

Iuit cum eo Loth) Locus de benedictione gentium in Loth, cum promiſſio pertineret tantum ad Abraham & non ad Loth.

Apparuit autem) Secunda promiſſio de terra Canaan ceſſura poſteris Abrahæ, fit autem hæc promiſſio per reuelationem ſeu apparitionem Dei.

Et inde tranſ:) Locus de peregrinatione Abrahæ, ut eſt fortuna Miniſtrorum uerbi migrare de loco in locum propter uicinum malum.

Facta eſt autem fames) Secunda pars capitis de profectione Abrahæ in Aegyptum, quaſi contra promiſſionem terræ Canaan, ut fidem Abrahæ Deus tentet ac exerceat, ut eſt hæc Dei cum ſanctis ſuis agendi conſuetudo. Locus hic eſt de cruce Sanctorum.

Dixit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Dixit Sar:) Periclitatio Abrahæ propter uxorem, & prudentia qua gubernare uolebat fortunam tam inclementem, quod ſi quid hic peccatum ſit, & nonnihil à fidei conſtantia declinatum, id inter aliorum ſanctorum lapſus connumeretur, tametſi magis id factum eſſe uidetur ex fide promiſſionis, ne tentaret Dominum, certò ſtatuens Deum fore protectorem Saræ, ne propterea pudiciciam ſuam amitteret.

Abraham uero be:) Locus com: quod Deus in cruce non deſerit ſperantes in ipſum, Abraham ſperauit in ipſum, ergo:

Flagellauit) Euentus tentationis Abrahæ, liberatur Sara & flagellatur Pharao.

Vocauitq;) Expoſtulatio Pharaonis cum Abraham ſatis dura & grauis. Senſit enim ex plagis iram dei, propter abductam uxorem Abrahæ, Deumq; timuit, ut etiam inter gentes fuerunt multi tales. Hic ſolet de Pharaonis ignorantia diſputari, ſed conſulite commentarios Lutheri.

SCHOLIA IN DECIMVM TERTIVM CAPVT.

Pergit Moſes deſcribere reditum Abra-

hæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

hæ ex Aegypto in terram Canaan, ubi diuidit terram cum fratre ſuo Loth, & ſecedunt ab inuicem Abraham & Loth, & promittitur tertio, Abrahæ terra Canaan, cum amplificando Semine.

Diuidatur hoc Caput in duas partes, In priori ſeparantur à ſe inuicem Abraham & Loth. In altera accipit Abraham tertiam de terra Canaan promiſſionem.

Loci præcipui ſunt in hoc Capite.

Exemplum patientiæ & tolerantiæ in Peregrinationibus Abrahæ.

De diuitijs & uſu diuitiarum.

De inuocatione & prædicatione nominis Dei.

Exemplum charitatis & patientię in Abraham erga Loth.

De concordia alenda & diſcordia fugienda inter fratres.

In Sodomitis.
- De fœlicitate malorum & impiorum temporali.
- De abuſu diuitiarum & aliarũ creaturarum Dei.

De uerbo Dei, quod ſit donum Dei excellentiſſimum.

Aſcen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Aſcendit ergo) Prima pars Capitis huius de diſceſſione Loth ab auunculo ſuo Abraham. Eſtq́ hic in initio, tum Exemplum patientiæ Abrahæ in peregrinationibus, tum Eccleſiæ fortuna deſcripta, quòd ſemper ſit exul in mundo. Ad auſtralem plagam, ſcilicet terræ Canaan, interim ex Aegypto ad ſeptentrionalem partem cœli. Aegyptus.n. eſt terræ Canaan ad Meridiem.

Erat autem di:) deſcribit œconomicam Abrahæ fortunam etiam in exilio. Sic enim Deus benedicit timentibus ſe. Locus eſt de uſu diuitiarum.

Dixit ergo Abraham) Locus de patientia Abrahæ, & de alenda concordia inter cognatos. Deprecatur enim Abraham iurgium & excogitat ἐπιείκειαν ad uitandam diſcordiam.

Homines Sodomitæ) Paraſceue ad hiſtoriam de ſubuerſione Sodomæ, peſſimi enim fuerunt Ezech.16.

Dixitq́ Dominus) Tertia promiſſio terræ Canaan propter quam hoc Caput ſcriptum eſt.

Mouens igitur) Clauſula huius capitis de peregrinatione Abrahæ.

SCHOLIA IN XIIII. CAPUT.

De-

Deſcribit Moſes obiter bellum quatuor Regum contra quinq;, ſed tantum propter Abraham & propter Melchiſedech eſt hoc caput celebre, cuius ſumma eſt pugna Abrahæ cum Regibus, & Melchiſedech offerens panem & uinum Abrahæ, cui dat decimas Abraham. Commiſſum eſt enim bellum inter Reges in ualle Siddim, ubi capitur Loth cum omni ſubſtantia, quo liberato per Abraham offert Melchiſedech ipſi Abrahæ munera.

Pro diuiſione huius capitis cum ſit continua hiſtoria duo loci ſeorſim ſunt obſeruandi de Melchiſedech ut in Pſal. 110. & in Epiſtola ad Hebræos cap. 7.

Loci præcipui ſunt.

1. De longanimitate Dei, omnia mitioribus pœnis tentantis. Sæpè malum propter uicinum malum.
2. De liberatione piorum.
3. De defenſione Magiſtratus.
4. De gratitudine Magiſtratus erga Eccleſiam.
5. De ſacerdotio Chriſti. Decimis & cauendo ſcandalo.

Factum eſt autem) Hiſtoria bellica quatuor & quinq; Regum, ut Sodomitæ pœniten-

nitentiam agerent edocti ſuo malo, ſed inde facti ſunt inſolentiores, ideoq́ ad diuinam ultionem reſeruati.

Duodecim) Occaſio belli. Igitur) initium belli. Nec non & Loth) Sæpè malum propter uicinum malum. Pius enim Loth etiam hanc calamitatem pati coactus eſt.

Ecce unus) Liberatio Loth per Abraham, & ipſius Abrahæ confœderatos, nempe tres fratres Mambre, ſcilicet qui Abraham exceperat hoſpitio Eſchol & Aner, fuerat autem Abraham egregius & ſtrenuus uir, qui quatuor Reges interfecit.

Egreſſus autem) Locus de gratitudine, ſed ſimulata peſſimorum hominum, cum quibus noluit habere commercium & conuerſationem.

At uerò Melch:) Inſignis locus propter Epiſtolam ad Ebræos & Pſal. 110. ſed non trahendus in abuſum ad Miſſas papiſticas, quia hic nominatur panis & uinum, cum Epiſtola ad Ebræos panis & uini nullam faciat mentionem, ſed tantum Sacerdotij Melchiſedech quod fuerit Rex & Sacerdos, forte Sem ipſe Patriarcha, tametſi hic tam breuiter à Moſe deſcribitur, ut neq́ principium neq́ finem habuiſſe ui-

 deatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

deatur. Interim Typum gerit noſtri Regis & Sacerdotis, æterni Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius Sacerdotium nec legale, nec papiſticum eſt, ſed ſpirituale & æternum.

Et dedit) Locus de decimis, & certum argumentum, quod decimæ fuerunt ante legem promulgatam, non eleemoſyna ſolum, ſed multò magis certa quædam merces miniſterij uerbi, unde Doctores Eccleſiæ alerentur.

Dixit autem Rex) Aeternum gratitudinis ſignum oſtendit Abrahæ, ſed Abraham oblatam gratitudiuem noluit acceptare, cum haberet à DEO promiſſionem terræ Canaan.

SCHOLIA IN XV. CAPVT.

Hoc iterum eſt unum ex principalioribus Capitibus ſumma diligentia legendum ac meditandum. Continet enim & tentationes & conſolationes Eccleſiæ in Abraham. Nam Abrahæ promittitur filius ex ſuo corpore, & laudatur eius fides, oſtenditurq; ei, ſemen eius 400 annis in Aegypto fore. Summa igitur capitis eſt promiſſio ſeminis in filio facta Abrahæ cum pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

miſſione Canaan, fides eiuſdem, uaticinium ſeruitutis & liberationis Aegyptiacæ. Porrò caput hoc, eſt maximè celebre propter Epiſtolas Pauli ad Romanos & Galatas.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori conſolatio eſt Abrahæ diuina ex promiſſione ſeminis. In altera eſt prophetia de ſeruitute Aegyptiaca, pariter & de liberatione.

Loci præcipui ſunt.

1. De tentationibus, inimici hominis domeſtici eius, ut hic in Elieſar.
2. De conſolationib. & promiſſionibus.
3. De fide & iuſticia fidei.
4. De ſignis promiſſionis.
5. De dilatione promiſſionum.
6. De fœdere diuino.

His itaq; tranſ:) Prima pars Capitis de cruce & tentationibus, pariter & conſolatione & promiſſionibus piorum.

Dixitq; Abram) Pia Abrahæ, cum Deo, de prole conſequenda, propter ſeminis promiſſionem, expoſtulatio & queremonia de procuratore ſuo Eliezer, quòd ipſe eſſet futurus hęres, & in filium adoptandus, tametſi alienigena utpote Damaſcenus, quam rem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

indignè tulit Abraham, quod eſſet ſeruus ſuper dominum.

Statimq; ſermo) Sequitur alia conſolatio, priorem declarans per promiſſionem filij, ſub qua, promiſſio benedicti Seminis intelligenda eſt, ut Rom. 9. In Iſaac uocabitur tibi ſemen, uide infra cap. 20.

Eduxitq; eum fo:) Addit promiſſionem corporalem, ſumpta comparatione, à ſtellis cœli, qua, Semen æternum ex Abraham futurum oſtendit.

Credidit Deo) Celebris locus de fide Abrahæ & iuſticia, qua omnes ad exemplum Abrahæ credentes iuſtificantur, uide Rom. 4. Gal. 3 Ebre. 11.

Ego Dominus) Repetitio promiſſionis de terra Canaan.

At ille ait) Abraham petit à Deo ſignũ promiſſionis quo confirmari poſſit.

Sume inquit) datur ei ſignum per modum ſacrificandi & paciſcendi. Mos enim erat paciſcendi, diuidere animalia in duas partes, contra ſe poſitas è regione, inter quas partes ſeu fruſta, tranſibant qui paciſcerentur, ſignificantes, ut qui prior fœdus rupiſſet, ſimiliter in fruſta ſecaretur. Deus ipſe per partes tranſit, ut Abraham in fide confirmetur.

Di-

Dictumq;) Secunda pars Capitis de prophetia differendæ utriuſq; promiſſionis, & de poſteris Abrahæ multum interim affligendis. Ita enim interpretatur ſignum promiſſionis Abrahæ datum, ut animalia mactata, ſint populus Iſrael, in Aegypto uexandus. Aues deuoraturæ carnes Pharao & Aegyptij. Abraham depellit aues, hoc eſt, propter promiſſionem factam Abrahæ populus ab Aegyptiaca ſeruitute liberabitur.

Quadringentis annis) Pro uera ſupputatione ſciendum eſt, quod hi anni ſunt inchoandi anno ætatis Abrahæ 75.
hoc eſt, cum euocatus eſt ex Vr Chaldæorum, ſeu quando primum accepit promiſſiones. Inde enim ad natum Iſaac anni 25.
à nato Iſaac ad deſcenſum in Aegyptum ſunt anni 190.
à deſcenſu ad exitum ex Aegypto ſunt anni 215.
quo toto numero ſimul computato ueniunt anni 430. Qui numerus eſt Exod: 12. & Gal. 3.

Poteſt & hic numerus ſic colligi. Ab initio promiſſionum, quæ ſunt factæ Abrahæ uſq; ad natum Iſaac ſunt 25 anni. Iſaac 60 anno genuit Iacob, Iacob 90 anno ge-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nuit Ioſeph. Ioſeph uixit centum & decem annos, à morte Ioſeph ad natiuitatem Moſi effluxerunt 65 anni. Moſes in exitu Iſrael de Aegypto erat 80 annos natus, his omnibus annis per additionem computatis exit numerus 430 annorum, Moſes autem indefinite numerat, omiſſis 30 annis, ut interdum fieri ſolet.

Nec dum) Locus de longanimitate Dei, quam uidemus etiam hodiè in aduerſarijs ueritatis, quibus dat ſpacium reſipiſcendi, utinam non fruſtra.

Cum ergo occub:) Hic in lampade tranſit Dominus per partes ſacrificij mactatas & diuiſas, ut ſit uerus in promiſſionibus. Locus com: de ueritate uerbi Dei.

In die illo) Confirmatio promiſſionis per fœdus cum Abraham initum, cui annexa eſt quinta promiſſio terræ Canaan reliquis omnibus adhuc clarior propter ſpacium terræ nominatum, & gentes, quæ eijciendæ eſſent, enumeratas.

SCHOLIA IN XVI. CAPVT.

Hoc capite Moſes agit de fuga Agar & Iſmaele

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Iſmaele eius filio. Agar enim concepit ex Abraham, unde ſtatim inſolentior facta, dominam præ ſe contempſit, cuius iratæ conſpectum fugiens, ab Angelo conſolationem accepit, & peperit Iſmaelem. Pro Diuiſione huius capitis obſeruanda eſt celebris Allegoria diui Pauli ad Gal. 4.

Loci præcipui ſunt.

1. De tentationibus domeſticis ſeu coniugij.
2. De polygamia.
3. De ſuperbia & ingratitudine inferiorum erga ſuperiores.
4. De diſſenſione coniugali.
5. De iure ſeruitutis.
6. De miniſterio Angelorum.
7. De humiliatione inferiorum ſub ſuperioribus.
8. Allegoria Saræ & Agar.

Igitur Sarai) Locus de tentatione coniugali, quia Sarai adducta, uolebat ſua ratione Dei promiſſionem de Semine, iuuare & promouere. Sed cæca ratio ſucceſſu caret, igitur in rebus diuinis, non eſt conſilium extra uerbum Dei quærendum.

Cumq; ille) Locus de polygamia, quæ non libidinis cauſa, nec patribus permiſſa, nec in lege mandata fuit, ſed magis pro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

coniugio ſtabiliendo, pro illius temporis ratione, quod factum patrum non eſt trahendum in exemplum,nec Moſi lex politica nobis obſeruanda. Chriſtus enim in Euangelio reduxit Coniugium ad ſuam primæuam inſtitutionem.

At illa) Locus de ſuperbia & ingratitudine inferiorum erga ſuperiores in Agar.

Dixitq́;) Expoſtulatio Sarai cum marito de iniuria.

Cui reſpon:) Abraham officium boni mariti facit,per hoc, quod non patrocinatur ancillæ ſuperbæ contra uxorem ſuam.

Afflig: Sar:) De fuga Agar, caſtigationem domeſticam aſpernantis.

Cumq́; inueniſſet) Locus de miniſterio Angelorum, & quod ſeorſim ſeruiant coniugio,quod non parum facit ad ipſius coniugij commendationem.

Et rurſum) Conſolatio per promiſſionem corporalem factam Agar de Iſmaele qua deſcribit, qualis ſit futurus Iſmael cum ſua poſteritate, ſub qua comprehenduntur Arabes & Agareni, qui ſe Saracenos uocant,& idem ſunt cum Gog & Magog, id eſt, cum Turcis hodiè, uocati olim Iſmaelitæ,homines feroces, & incertis ſedibus uagabundi Latrones.

Voca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Vocauit Agar) Fructus pœnitentiæ Agar, nempe confeſſio, canticum & gratiarum actio, quōd Deus eam afflictam reſpexit & conſolatus eſt. Summa cantici eſt, quod Deus eſt præſens in afflictionibus, tametſi nobis in principio non adeſſe uidetur. Vocat enim Deum hic uiuentem & uidentem, unde etiam loco dat nomen. Porrō phraſes loquendi ſunt hic obſeruandæ. Videre poſteriora Dei, ſignificat uidere Deum auerſum. Videre uerō faciem Dei, ſignificat uidere Deum fauentem, auxiliantem &c. ut hæc ſit ſententia, Putabam Deum à me auerſum fuiſſe, et abſcondiſſe faciem ſuam à me, ſed reuera uidit me, reſpexit me, Ideo uocabitur uidens me, Et locus, in perpetuum huius diuini erga me beneficij, uocabitur puteus uiuentis & uidentis me, Sic omnes ſentimus in afflictionibus, & aliter liberati.

SCHOLIA IN XVII. CAPVT.

Hactenus deſcripſit Moſes hiſtoriam Abrahæ uſq; ad natiuitatem Iſmaelis, & hic uidetur hiſtoriam rerum geſtarum circa Abraham per 13 integros annos, uſque ad hanc promiſſionis de ſemine renouatio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nem prætериſſe, niſi per recapitulationem ea ſunt intelligenda, quæ ſequuntur uſq; ad 21 Caput de Sodomitis & peregrinatione Abrahæ &c. quōd ſint facta inter hanc repetitionem promiſſionis & natiuitatem Iſaac alioqui res geſtæ tredecim annorum deſiderantur, id ex collatione numerorum apparet.

Summa huius capitis eſt promiſſio Seminis repetita, cum Circumciſionis inſtitutione & promiſſione Iſaac. Promittitur enim Iſaac ſecundo, & Circumciſio ſignum fœderis inſtituitur.

Diuidatur hoc Caput in duas partes. In priori promiſſio Seminis quarta & Circumciſio. In altera promiſſio Iſaac & mandati de Circumciſione exequutio, deſcribitur. Porrō celebre caput & Theologicum eſt, hoc maximē propter locum Pauli ad Rom. 4. Gal. 3. & 4. de Circumciſione.

Loci præcipui ſunt.

1. De promiſſionibus.
2. De Circumciſione.
3. De ſeparatione populi Iudaici.
4. De ueritate promiſſionum Dei.
5. De differentia inter corporales & ſpirituales promiſſiones.

6. De

6. De obedientia.

Poſtquam uerò) Prima pars Capitis de Promiſſione & Circumciſione.

Ecce ponam) Quarta promiſſio Seminis, cum mutatione nominis Abrahæ, ut promiſſioni conueniat. Mutatur enim Abram, quod ſignificat patrem excelſum, in Abraham, quod ſignificat patrem multarum gentium, nec caret myſterio, quòd ante Circumciſionem, uocatus eſt pater multarum gentium, quia promiſſio etiam ad gentes pertinebat, tametſi Circumciſio tantum ad Iudæos pertinebat.

Dixit iterum) Locus de Circumciſione, quæ erat perpetuum teſtimonium ſcriptum in corpore Abrahæ, quo admonebatur de Semine uenturo, & de promiſſa benedictione propter Semen, ut quoties cogitaret de Circumciſione, acquieſceret, fide ſtatuens ſe Deo placere, & ei gratias agere & eum inuocare, cui ut ſignaculo iuſticiæ Rom. 4. reſpondent hodiè noſtra Sacramenta, Baptiſmus & cœna Domini.

Dixit quoq;) Secunda pars Capitis de promiſſione Iſaac, cum mutatione nominis, Sarai in Sara, pro maiori promiſſionis certitudine.

Super

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Super Iſmael) Differentia inter corporales & ſpirituales promiſſiones, Abraham enim in Iſmael illam, in Iſaac uerò hanc accipit à Deo, uide Rom. 9.

Tulit autem) Obedientia Abrahę & exequutio mandati de circumciſione, & tantum breuiter de hoc capite.

SCHOLIA IN XVIII. CAPVT.

Pergit Moſes deſcribere magnificentiam Abrahæ, qui per hoſpitalitatem etiam Angelos, imo Deum ipſum hoſpitio excepit, Ebre. 13. Excipit enim Abraham tres uiros hoſpitio, & renouatur promiſſio de Iſaac, & cum Deo colloquium habet de perdenda Sodoma. Eſt igitur Summa huius capitis, apparitio trium Angelorum, promiſſio Iſaac, & prædictio interitus Sodomorum.

Diuidatur hoc Caput in duas partes. In priori commendatur hoſpitalitas Abrahæ, & promittitur iterum Iſaac. In altera deſcribitur patheticum colloquium Abrahę cum Deo de Sodomitis.

Loci præcipui ſunt.

1. De Trinitate.
2. De hoſpitalitate.

3. De promiſſionibus.
4. De pœna impiorum.
5. De oratione.
6. De longanimitate Dei.

Apparuit) Prima pars huius capitis, ubi ſtatim ſanctæ Trinitatis myſterium inſinuatur, per hoc quod Abraham tres uidit, & unum tantum adorauit. Vide Auguſtinum lib. 12. de Trinit: cap. 17. & lege cum iudicio.

Domine ſi inue:) Locus inſignis & exemplum hoſpitalitatis, non ſolum ſingulare, ſed etiam rariſſimum. Quotuſquiſque enim Chriſtianorum inueniatur, qui aperto oſtio ſedet & expectet hoſpites, imo qui rogat & cogit eos ingredi, quieſcere & pernoctare, ſicut Abraham & Loth fecerunt? Huc Epiſtola ad Ebr. capite ult: reſpexit, ubi ſic habetur, Hoſpitalitatis nolite obliuiſci, per hanc enim inſcientes quidam Angelos hoſpitio receperunt. Porrò hæc uirtus in perſecutione & exilio piorum ita placet Deo, tanquam ipſemet eſſet exceptus hoſpitio, iuxta illud, Quicquid uni ex minimis &c. Hic Maria, Marta & Lazarus, qui Chriſtum exceperunt hoſpitio commendantur, hic Tobias, hic Abdias tempore Achab commendantur etc, hic Raab excipiens

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ens exploratores, hic Sunamitis 4. Reg. 4. excipiens Helizeum.

Cumq; come:) Locus de promiſſionibus, loco enim gratitudinis promittitur Saræ filius, & uterq; fide confirmatur Abraham ſcilicet & Sara, quæ fuit etiam cauſa finalis, quare Deus hoſpes Abrahæ factus ſit, ut in fide promiſſionum confortarentur.

Cum ergo) Secunda pars Capitis, ubi incipit, horribilis hiſtoria, de ſubuerſione Sodomorum, & unum ex ſingularibus exemplis diuinæ ultionis, poſt longanimitatem & tolerantiam, qua tolerat Impios, & inuitat eos ad pœnitentiã, Illi uerò contemnunt Deum, & in ſua pertinacia peccare non deſinunt, donec tentatis omnibus medicamentis tandem damnantur & intereunt. Porrò peccata Sodomorum uide Ezech.16. Ciuitates uero ſuprà 14.

Dixitq; Dominus) Locus de conuerſatione & familiaritate Dei, cum uerè pijs adeoq; de cõmunicatione conſiliorum, Sic infra cum alijs Patriarchis tam familiariter agit, ut pueri inter ſe colludere ſolent.

Deſcendam) Locus de Iuſticia & Iuſto iudicio DEI, Noluit enim damnare iſtas Ciui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Ciuitates niſi prius oſtendiſſet Abrahæ eos tales fuiſſe, ut pœnam commeruerint.

Et appropinquans ait) Locus de oratione ſeu hominum pro ſe inuicem ad Deum interceſſione, ut Iacob ultimo, Orate pro uobis inuicem ut ſanemini. Multum enim ualet deprecatio iuſti aſſidua, Sicut hic Abraham intercedit ſua oratione pro Sodomitis aliquoties ad Deum. Sed tanta fuit illorum malicia, peruerſitas & pertinacia, ut ſolus Loth cum ſuis integer & ſyncerus inuentus ſit. Luxuriant enim animi rebus plerunq; ſecundis.

Porro ſexies orauit & exauditus eſt Abraham, ut ſatis appareat longanimitas & potentia Dei, quodq; ſit miſerator & miſericors, patiens & multum miſericors. Si enim decem inueniſſet pios, peperciſſet toti regno. Nam interdum propter unum iuſtum, Deus benefacit toti Ciuitati uel regioni. Sic econtra de malis &c. Quare ſinguli ſtudeant eſſe boni, nemo præſumat eſſe malus.

SCHOLIA IN XIX. CAPVT.

Sequitur nunc horrenda hiſtoria conflagra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

grationis Sodomæ & Gomorræ &c. Loth enim hoſpicio ſuſcipit Angelos. Sodomorum libidinem abominatur, Angelorum ſuaſu tandem egreditur ē Sodomis & fugit incendium & conflagrationem. Tametſi paulō poſt ex ebrietate crimen inceſtus cum filiabus proprijs committit. Eſt igitur ſumma huius capitis, Euerſio Sodomæ & Gomorræ. Deinde Moab & Ammon generantur ex Loth, & in has duas partes hoc Caput diuidatur. Porrò huius horrendæ ſubuerſionis exemplum, poſtea tranſijt in prouerbium, frequens admodum in comminationibus diuinis apud Prophetas, pręcipuē uerō Eſai.1.3.13. Hiere: 23.49. Ezech. 16. Amos 4. Et in Nouo Teſtamento, Matthæi 10. Luc. 17. 2. Petri 2. In Epiſtola Iudæ &c.

Loci præcipui ſunt.

1. De hoſpitalitate.
2. De libidinis horrenda turpitudine.
3. De peccandi conſuetudine & ſecuritate.
4. De potentia Angelorum.
5. De piorum liberatione.
6. Quòd mundus ridet denunciationem pœnarum & incorrigibili furore.
7. De pœna & perditione impiorum.

9 De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

8. De diuinitate Chriſti.
9. De inuocatione & exauditione.
10. De temporali pœna inobedientiç uxoris Loth.
11. De metamorphoſi.
12. De uitio ebrietatis.
13. De inceſtu ſeu ſtupro inceſtuoſo.
14. Quod Sanctorum facta omnia non ſunt imitanda nec in exemplum trahenda.

Venerunt duo) Prima pars Capitis hiſtoria de ſubuerſione Sodomorum.

Qui cum uidiſſet) Locus de hoſpitalitate, de qua ſuperiori cap:

Prius autem) Locus de horrenda libidinis turpitudine & peccato contra naturam Rom. 1. Maſculi &c.

Dixerunt autem) Locus de liberatione piorum. Loth enim ē Sodomis, ubi inter impios, in magna anguſtia uixerat eripitur & liberatur, etiam non uolens.

Abijt merens) Carne ſcilicet reſiſtente et ſanguine.

Igitur Dominus pluit) Locus de pœna & finali interitu ſeu perditione impiorum, qui contempto Dei uerbo, ruunt in omnis generis flagitia, pertinaces et incorrigibiles.

Dixitqꝫ maior) Locus de inceſtuoſo ſtu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

pro, quod coram Deo & hominibus eſt abominabile, nulloqꝫ modo, nec in facto Loth, nec in aliorum imitandum, tametſi per qualemcunqꝫ, non tam ebrietatis, quam intentionis filiarum Loth, excuſationem, hoc ſcandalũ extenuari aliquo modo poſſit. Fuerunt enim filiæ Loth cum eſſent in ſpelunca ſolæ cum patre, ſollicitæ de conuerſatione generis humani. Nam putabant in tam horrenda conflagratione, nullum uirum, in terra relictum eſſe. Ergo non ex malicia, nec ex libidine, ſed ex magna animi perturbatione eas hoc feciſſe conſtat, & hoc modo factum utrunqꝫ excuſari poteſt. Sed ut omnia ſanctorum facta non ſunt imitanda nec in exemplum trahenda, ſic neqꝫ hoc ipſius Loth factum, eſt à quoquam mortalium imitandum.

Porrò ex his duabus filiјs ortę ſunt Moabitæ & Ammonitæ, quibus Deus benedixit corporalibus benedictionibus propter Patriarchas.

SCHOLIA IN XX. CAPVT.

Abſoluta digreſſione, quæ hiſtoriam de ſubuerſione Sodomorum continet, redit nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nunc ad Abrahæ peregrinationes & pericula. Summa enim huius capitis eſt, quod Deus eſt Abrahæ protector in tentationibus & periculis. Nam Abraham peregrinatur & uxor eius rapitur, per Abimelech Regem Gerar, ſed protegente Deo Abraham, redditur ei Sara intacta cum donis, ſimile periculum uide ſuprà cap. 12.

Loci pręcipui ſunt.

1. De cruce & tentationibus piorum.
2. De piorum ſeu ſanctorum affectionibus, paſſionibus & infirmitate.
3. De fortuna Eccleſiæ in mundo.
4. De mendacio officioſo.
5. De auxilio diuino tempore neceſſitatis.
6. De conſolatione piorum.
7. De coniugio & eius commendatione.
8. De efficatia orationis.
9. De conuerſione impiorum ad fidem.
10. De confeſſione peccati.
11. De beneuolentia ac beneficentia principum erga Eccleſiam.

Profectus inde Abra:) Locus de peregrinatione & moleſtijs ſanctorum.

Dixitq;) Locus de tentatione Sanctorũ, adeoq; trepidatione & infirmitate, ſimul & de officioſo mendacio.

F 2 Venit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Venit autem) Comminatio diuina propter raptam coniugem Abrahæ.

Et ait) Excuſatio Regis per expoſtulationem cum Deo, unde apparet eum non fuiſſe impium, ſed timentem Dei.

Dixitq;) Epijkia comminationis per abſolutionem & conſolationem cum mandato reddendi coniugem ſuo marito, non ſine comminationis repetitione.

Tunc ma:) Pœnitentia & conuerſio Regis.

Vocauit autem) Confeſſio peccati uerecunda, quaſi cum expoſtulatione, cum interim confiteatur eſſe grande peccatum, rapere coniugem alterius.

Reſpondit Abra:) Excuſatio duplex qua conſolatur Regem.

Poſtquam autem) Et hic ſanctæ Trinitatis myſterium inſinuatur. Nam ſic habet Hebræus Textus. Errare me fecerunt Dij, pluralitatem ergo perſonarum in diuinitate eſſe docuit Abraham Regem.

Tulit igitur) Locus de beneficentia Principum erga Eccleſiam, & egregium exemplum, quòd Reges ſint nutritij eius, Eſa. 49.

Saræ autem dixit) Obſcurus locus propter uarias interpretum opiniones, Conſtat autem Saram à rege intactam manſiſſe. Ideò

gratus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

gratus eſt erga fratrem, id eſt, erga Abraham, quoniam Sara fratrem appellauit, & non eſt gratus erga Saram, ſed eam reprehendit, ut res careret omni ſuſpicione læſæ pudicitiæ, quod Rex uocat uelamen oculorum Saræ, q. d. Nihil tibi dedi, ſed te reprehendi, quod non feciſſem, ſi te attigiſſem. Habes ergo unde tuam pudiciciam ſemper tueri poſſis, & quo poteris os aliorum obſtruere, dicendo te non accepiſſe obulum à rege Abimelech, ſed ab eo reprehenſam eſſe, quod certum ſignum eſt te non à Rege ſtupratam eſſe, hæc uidetur eſſe ſententia huius loci.

Orante autem) Clauſula capitis de efficacia orationis. Porrò morbus in domo Regis fuit pariendi difficultas, unde per orationem Abrahæ liberata eſt. Sic igitur liberat Deus ſuam Eccleſiam & corripit propter eam Reges. Pſal. 105. Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetas meos ne ſitis iniurij. Tantum de hoc capite.

SCHOLIA IN XXI. CAPVT.

Et hoc Caput eſt celebre, non ſolum propter allegoriã diui Pauli ad Gal 4. quæ hinc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

deſumpta eſt, ſed etiam propter ueritatem promiſſionum diuinarum, quibus neminem fallere nec uult, nec poteſt Deus. Promiſit enim Abrahæ ex Sara filium, in utriuſq; ſenectute, contra ſolitum naturæ curſum, id eum præſtitiſſe Moſes hoc capite ſcribit. Nam Iſaac ex Sara naſcitur, & Agar cum Iſmaele eijcitur, Præterea initur fœdus inter Abraham & Abimelech Regem. Itaq; cum hæc ſit Summa capitis, in tres partes commode diuidatur. In prima naſcitur Iſaac. In ſecunda eijcitur Agar ancilla cum puero Iſmaele. In tertio fœdus Abrahæ cum Abimelech deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

De ueritate uerbi Dei & diuinarum promiſſionum, quod ſcilicet generatio hominum per uerbum ordinatur & ſeruatur.

De omnibus actionibus piorum ſecundum Dei uerbum inſtituendis.

Quod Deo nihil eſt impoſſibile.

De corporali ſanctorum in calamitatibus recreatione.

De infirmitatibus ſanctorum.

De diuino iudicio inter promiſſiones ſpirituales ſeu æternas & corporales ſeu temporales.

De obe-

De obedientia erga Deum.
De inuocatione & exauditione.
De odijs aulicorum & gubernatorum contra Eccleſiam.
De fœdere & iuramento.
De officijs magiſtratuum & ſubditorū.

Viſitauit autem) Prima pars capitis de ueritate promiſſionum diuinarum. Iſaac enim ſæpius à Domino promiſſus, nunc tandem naſcitur, Nemo ergo dubitare debet de promiſſionibus diuinis.

Porrò Iſaac á ridendo nomen habet, Sachat enim ridere ſignificat, interdum etiam irridere, ut infrà de Iſmael ridente Iſaac.

Centum erat) Obſeruandus eſt hic numerus & propter ſupputationem annorum mundi, et propter miraculum ſuſceptæ prolis in ſenectute.

Cumq; uidiſſet) Secunda pars capitis de iudicio diuino inter promiſſiones æternas & temporales, Rom 9. Gal. 3. Debent enim temporales promiſſiones cedere ſpiritualibus & æternis, ut Iſmael hic ceſſit Iſaac, inde tandem omnis controuerſia, omnis perſecutio piorum oritur.

Eodem tempore) Tertia pars de fœdere & iuramento, deq; odijs Aulicorum contra Eccleſiam, quę oriuntur ex timore quodam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſeruili, quo ſibi ſuam fortunam, regnum & omnia per pios abripi metuunt, ut Herodes nato Chriſto ſibi, & ſuis timuit: ita hic Abimelech nato Iſaac, ſibi ſuiſq; timet. Ideo pactum facit cum Abraham &c.

SCHOLIA IN XXII. CAPVT.

Quemadmodum abyſſus abyſſum trahit, in tentationibus ſanctorum, & ab una tentatione liberati, mox in aliam incidunt, ut fides eorum alioqui, propter carnem & ſanguinem imbecillis, huiuſmodi exercitijs ſub cruce ſubinde fortior reddatur, ita ſanctus patriarcha Abraham uarijs tentationibus uexatur & tribulatur, quarum omnium hæc eſt maxima, quam Moſes hoc capite deſcribit. Mirum enim in modum tentatur fides Abrahæ. Nam iubetur offerre filium ſuum Iſaac, ut fiat uictima, quod ex diametro cum promiſſione ſeminis pugnare uidetur. Nihilo minus accingit ſe Abraham ad immolandum filium, committens omnia diuinæ uoluntati cum certò ſtatuerit Deum ex lapidibus etiam filios promiſſionis ſuſcitare poſſe.

Porrò hæc Abrahæ obedientia Deo placuit

cuit in tantum, ut mox repetierit promiſſio
nem.de ſemine futuro. Summa igitur capi-
tis eſt Tentatio fidei Abrahæ,immolatio fi-
lij,nec non repetitio promiſſionis de ſemine
benedicto. Pro diuiſione capitis. figura
oblationis Chriſti, in Iſaac obſeruanda eſt.
Sicut enim Iſaac ligna ſuis humeris à patre
impoſita uolens baiulauit, donec à morte
liberatus domum redijt;Ita Chriſtus uolens
crucem ſibi à Patre impoſitam, geſtauit,qui
à morte non ſuperatus poſt triduum redijt
ab Inferis, per reſurrectionem. Vide Tabu-
lam meam.

Loci præcipui ſunt.

1. De tentatione, fide & obedientia ſan-
ctorum.
2. De morte & reſurrectione mortuorũ.
3. De miniſterio Angelorum.
4. De timore Dei.
5. De prouidentia Dei.
6. De iuramentis.
7. De promiſſionibus.
8. De Semine benedicto.

Poſtq; hæc geſta ſunt) Locus de Tenta-
tione, Tentat autem Deus, non ut perdat,
ſed ut ſaluet. Exercetur enim Abraham hu-
iuſmodi tentationibus & periculis, ut Ec-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cleſia ſciat ſe non humanis præſidijs niti, ſed habere cuſtodem Deum.

Tunc Abraham) Locus de fide & obedientia Abrahæ credentis uni uerbo Dei contra alterum. Petierat enim hæredem à Deo & promiſſioni credebat, quæ poſteritatem pollicebatur. Nunc ſimul agnoſcit Deum aliquid aliud uelle, mox illud ipſum exequitur, certò ſtatuens promiſſionem nõ irritam fieri, quoquo modo res acciderit. Porro hæc Abrahæ fides & obedientia, nullo modo ſatis commendari poſſunt omni admiratione digna, nihil enim aliud reſpiciunt, quam uerbum & mandatum Dei.

Ecce Angelus) Locus de miniſterio Angelorum, quod eſt ad uitam, non ad mortem, ad conſolationem & erectionem, non ad depreſſionem ſeu deiectionem, ſicut eſt Satanæ conatus.

Nunc cognoui) Locus de timore Dei, qui eſt adhærere uerbo Dei, & accommodare ſe ad uoluntatem Dei corde, ore & opere.

Et leuans oculos) Locus de figura immolationis Chriſti, Per arietem enim mactandum loco Iſaac, inſinuatur mactatio & uictima filij Dei, quem patres uocant arietem ab initio mundi præparatum, Et Chri-

ſti

ſti figuram intellexerunt eſſe arietem iſtum alioqui ſignum fuit additum uerbis Angeli, quo Abraham de uoluntate Dei & de non mactando filio confirmaretur.

Vocauit autem) Locus de iuramento Dei & promiſſione per repetitionem, quæ promiſſio Dei ſemper fidem ſine dubitatione requirit.

Reuerſus) Epilogus huius hiſtoriæ de tentatione Abrahæ, quòd immolaret filiū.

His itaq; geſtis) Paraſceue ad Coniugium Iſaac cum Rebecca, cuius parentes hic recenſentur, hac occaſione, quòd ſic nunciatum eſt Abrahæ de Nahor fratre, qui ſicut Iacob patriarcha, duodecim filios genuit & unicam filiam Rebeccam, in Meſopotamia Syriæ, ut infra cap. 24. de coniugio Iſaac.

SCHOLIA IN XXIII. CAPVT.

Hoc Caput agit de morte & ſepultura Saræ. Moritur enim Sara & ſepelitur in ciuitate Hebron, quæ fuit ſepultura Patriarcharum. Nam ipſe Abraham emit agrum ſepulturæ à filijs Heth, &c.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, quod ſit pium & honeſtum, comitari funera pio-

ra piorum ad ſepulchrum, cum honeſta eorum mentione ſine riſu & ſtrepitu, non ſolum ut ſignificemus noſtram erga defunctum ipſum dilectionem, erga cognatos & uicinos charitatem, ſed etiam & multo magis ut memoriam reuocemus ac retineamus mortis conditiones, & articulum reſurrectionis & uitæ æternæ procul omni dubio credamus.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſanctis & illuſtribus mulieribus.
2. De morte piorum.
3. De luctu pro mortuis.
4. De cura funeris & ſepultura piorum.
5. De contractu emptionis & uenditionis.
6. De modeſtia in omnibus actionibus ſeruanda, pariter & de ciuilitate & humanitate.
7. De prudentia in contractibus obſeruanda.
8. De uerecundia in petitione.

Vixit autem Sa:) Locus de ſanctis & illuſtribus mulieribus, inter quas in toto ueteri teſtamento Sara primas tenet, ut exemplar omnium aliarum ſanctarum mulierum. 1. Pet. 3. nempe cuius omnes uitæ particulas, mores, mortem & ſepulchrum, Spiritus

ritus ſanctus deſcribi & ad poſteros tranſmitti curat.

Et mortua eſt) Locus de morte Sanctorum, quæ tametſi precioſa in conſpectu Dei, tamen eiuſdem ſortis et conditionis eſt cum morte generali omnium piorũ, quod eſt maxime conſolatorium,

Venitq; Abra:) De luctu pro mortuis ſeu ſuper mortuos, qui duplex eſt, pius ut hic luctus Abrahæ. Item Ioſephi, Dauidis, Chriſti & omnium Chriſtianorum. Et impius ut eorum qui nullam Reſurrectionis ſpem habent. 1. Theſ. 4.

Cumq; ſurrex:) Locus de cura piorum in funeribus, de mortuis honeſtè ſepeliendis. Sepultura enim piorum propter infallibilem carnis reſurrectionem ſemper honorificè proſequenda eſt, in loco honeſto, impiorum uerò non item ut Ierem: 22. Sepultura Aſini ſepelietur Rex Ioachim.

Aduena ſum) De uerecundia in petendo, quæ hic in petione Abrahæ cernitur.

Princeps Dei es) ſcilicet propter ampliſſimam familiam, quam in pietate & timore Dei gubernauit nempe ultra mille uiros.

Reſponderuntq; fil:) Locus de humanitate erga hoſpites.

Surrexit Abraham) Locus de modeſtia

uir-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uirtute omnium præclariſſima, qua Abraham de Hebronitis & de ſeipſo ſentit ut ſentire oportebat.

Pecunia plena) Locus de contractu emptionis & uenditionis. Noluit enim Abraham pro ſua prudentia dono agrum accipere, ne rurſum eijceretur ſuo tempore & agro priuaretur.

Reſponditq;) Locus de reuerentia & beneuolentia erga miniſtros uerbi, uolebat enim Ephron dare Abrahæ agrum.

Et poſtea ſepel;) Locus de ſepultura piorum.

SCHOLIA IN XXIIII. CAPVT.

Hoc caput œconomicum eſt, & agit de coniugio Iſaac. Abraham enim in ſenectute ſua, poſt mortem uxoris, filio ſuo coniugem piam & honeſtam procurat. Nam ſeruus Abrahæ mittitur ad quærendam uxorem filio eius Iſaaco, reperit Rebeccam filiam fratris Abraham, quæ deſponſatur Iſaac, ducitur ad eum & fit uxor eius.

Diuidatur hoc caput in duas partes, Prior concernit ſponſum. Altera ſponſam cum ſuis parentibus, & utrobiq; contrahitur matrimonium in fide, in timore Dei & inuoca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uocatione, proceſſus optimus & omnibus, qui matrimonium contrahere uolunt, imitandus.

Loci præcipui ſunt.

1. De coniugio.
2. De officijs parentum erga liberos.
3. De autoritate parentum in elocandis liberis.
4. De dignitate & conditionibus coniugij.
5. De miniſterio Angelorum.
6. De fidelitate ſeruorum.
7. De inuocatione & exauditione.
8. De hoſpitalitate.
9. Quōd bona uxor ſit ā Domino.
10. De Clandeſtinis ſponſalibus.

Erat autem Abra:) Prima pars Capitis de eā coniugij parte, quæ ſponſum concernit. Pater enim Abraham filio ſuo Iſaac uxorem dari piam & honeſtam curat. Eſt autem coniugium unius maſculi & unius fœminæ coniunctio inſeparabilis, non tantum iuris naturæ, ſed etiam uoluntatis & beneplaciti Dei.

Dixit autem) Locus de diligentia & officio parentum erga liberos. Sicut enim non decet liberos contrahere matrimonium ſine parentum autoritate, Sic etiam parentum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

rentum officium eſt, curare ne liberi cum impijs ſed cum pijs & honeſtis uiris & uxoribus matrimonium iungant.

Reſpondit ſer:) Locus de fidelitate ſeruorum in exquirendis omnibus negociorum circumſtantijs per obiectionem ne per incuriam negocium impediatur.

Dominus Deus cœli) Locus de coniugio in timore Dei auſpicando. Matrimonium enim qui contrahere uolunt, debent id inchoare in timore Dei, non ex ardore proprio cæcoq; impetu uel rabie. Vxor enim bona à Domino datur.

Angelum ſuum) Angeli ſeruiunt coniugio, ſicut alijs diuinis ordinationibus.

Domine Deus) Locus de inuocatione ſeu pio uoto, nec non deſiderio & expectatione diuinæ uoluntatis.

Nec dum) Locus de exauditione, quodque greſſus uiri à Domino diriguntur.

Ecce Rebecca) Alera pars capitis quæ ſponſam cum ſuis parentibus concernit. Porro Rebecca exemplum eſt piæ, honeſtæ & laborioſæ puellæ, quę etſi ex præclara familia orta ſit, tamen non eſt ignaua & ocioſa, nec alit pediſſequas, ut nunc ſolent, ſed ipſa laborat, ac omnia domeſtica negocia exequitur.

Quæ

Quæ reſpond:) Locus de honeſta educatione. Rebecca enim ſuſcipit ſeruum modeſtis uerbis, non quieſcit, ſeruit, currit, nunciat.

Poſtquam autem bibe:) Locus de gratitudine & agnitione beneficij.

Benedictus) Locus de gratiarum actione & gratitudine erga Deum, pro fœlici deductione in Meſop: &c.

Habebat autem) Locus de hoſpitalitate. Rebecca uirgo eſt admodũ officioſa. Sic etiam Laban herilis filius offert ſuum ſtudium hoſpitibus, lauat non ſolum pedes ſerui Abraham, ſed etiam Camelorum.

Qui ait non com:) Opus uocationis eſt præferendum cibo, ſicut hic quærit conſenſum parentum ante prandium, ut omnia ſobriè & bene deliberato animo tranſigantur.

At ille) Narratio negocij à principio, cum repetitione orationis & explicatione ſucceſſus in itinere.

Dumq; hæc) Repetitio uerborum cum puella habitorum.

Pronuſq;) Repetitio gratiarum actionis.

Quamobrem) Hic petit conſenſum parentum.

Reſponderunt) Locus egregius quòd bona uxor ſit à Domino. Cognati Rebec-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cæ Dei ordinem reſpicientes conſenſum præbent,& prorſus accipit bonum reſponſum.

Prolatiſq; arg.) Locus de ornatu ſponſæ, Deus enim concedit ornatum non ſuperuacaneum, Seruus enim Abrahæ ornat hic ſponſam ſui domini. Quilibet enim iuxta ſuum ordinem ornare ſe debet.

Surgens mane) Locus de feſtinatione in officio, uocatione & legatione contra procraſtinationem. Properat ſeruus ſponſam ad dominum ſuum adducere.

Vocemus puellam) Locus de conſenſu puellæ, ſicut enim non decet liberos clandeſtina coniugia ſine conſenſu parentum inchoare aut tentare, ſic econtra parentes non debent tyrannicè cum liberis ſuis agere,aut coniungere inuitos,ſed etiam illorum conſenſum requirere.

Eo autem tempore) Redit ad narrationem de Iſaac, & exemplum eſt pietatis, in ſponſo, iuxta ueterem morem quem nos ſeruare,quantum fieri poteſt,debemus. Veteres enim cum mane ſurrexiſſent & ueſperi paulo antequam cubitum irent, egreſſi ſunt in agrum ad orandum,meditandum,et interdum ad confabulandum cum alijs de pietate & rebus ſacris (ut hic etiam ſuas ſigni-

ſignificare uidetur) hinc ortæ ſunt & Matutinæ & Veſpertinæ preces & horæ, hunc morem imitari debemus.

Qui introduxit) Clauſula de amore coniugali, per hoc quod Iſaac cum gaudio ſponſam adductam excepit ac dilexit. Tantum de hoc capite uide Philippum de coniugio Iſaac in tractatu de arbore cõſanguinitatis.

SCHOLIA IN XXV. CAPVT.

Hoc caput finem hiſtoriæ Abraham & initium hiſtoriæ Iſaac continet. Porro hiſtoria Iſaac deſcribitur uſq; ad caput 28. Summa huius capitis eſt, quod Abraham, ducta poſt mortem Saræ, Ketura, tandem moritur anno uitæ ſuæ 175. Deinde & Iſmael moritur anno uitæ ſuæ 137. cuius Genealogia recenſetur. Moſes incipit hiſtoriam Iſaac & quartã partem libri geneſeos, propter quartam illuſtrem perſonam ſeu Patriarcham, nempe Iſaac, cuius uita peregrinationes & pericula Moſes uſq; ad cap 28. deſcribit. Initium ſumit ã generatione Iſaac, quod ex Rebecca naſcuntur Iacob & Eſau, quorum hic, maior natu, nempe Eſau, contempta autoritate & dignitate primogenituræ, nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

non fratri uendita, factus eſt ſeruus illius iuxta uerbum Dei, Maior ſeruiet minori, quod exemplum Paulus allegat, de electione ſcribens Rom. 9.

Diuidatur autem hoc caput in duas partes. In priori, præter genealogiam Iſmaelis, Abraham ſecundas nuptias celebrat, Deinde moritur, ſepelitur & ſaluatur. In altera deſcriptio hiſtoriæ Iſaac inchoatur & Rebecca duos gemellos diſcordes parit Eſau uero primogenita uendit.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſecundis nuptijs & deſiderio procreandæ prolis.
2. De Teſtamento ſeu extrema morituri uoluntate.
3. De morte piorum.
4. De reſurrectione mortuorum.
5. De ueritate promiſſionum diuinarum.
6. De oratione.
7. De electione, Rom. 9.
8. De contemptu uerbi Dei.

Abraham uerò) Prima pars Capitis, in qua Moſes hiſtoriæ Abrahæ finem imponit.

Duxit uxorem) Locus de ſecundis nuptijs, quòd ſint licitæ, contra Tertulianum, qui in eum errorem inciderat, ut putaret nul

lum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

lum uirum rurſus uxorem ducere poſſe, qui primam amiſiſſet. Imo contra Hieronymum, qui ſecundas nuptias adeo uituperat ut pro adulterio habeat. Singulare igitur Dei conſilium in his ſecundis Abrahæ nuptĳs obſeruandum eſt. Conceduntur enim & fiunt propter multiplicationem prolis, qua delectatur Deus iuxta ſuum mandatum, Creſcite. Huc refer locum Malach. 2. Quid unus fecit? ſcilicet Abraham, quæſiuit ſemen Dei, id eſt, deſiderio prolis fecit quicquid fecit.

Deditq; Abraham) Locus de Teſtamento ſeu teſtatoris ultima uoluntate, ubi cauendum eſt, ne poſt obitum noſtrum, reſtent ſemina contentionum de hæreditate & poſſeſſionibus noſtris.

Fuerunt autem) Locus de morte piorum quòd ſit ſomnus.

Congregatus eſt) Locus de æterna uita & reſurrectione mortuorum. Colligi enim ad populos ſuos, Hebræa phraſi ſignificat migrare in æternam uitam, ſeu in terram uiuentium, hoc eſt, ad eos ſanctos qui antea mortui ſunt. Collectus eſt ad populum ſuum, id eſt, ſaluatus eſt.

Et ſepelierunt) Locus de ſepultura mortuorum, mortui autem honeſte ſunt ſepeli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

endi & illic conſideranda reſurrectio mortuorum.

Hæ ſunt genera: Iſma:) Locus de certitudine promiſſionum diuinarum. Supra 17. Iſmael duodecim duces generabit, hic autem recenſentur eorum nomina.

Hæ quoq; ſunt) Secunda pars huius capitis, quæ eſt quarta pars libri Geneſeos, Hactenus enim deſcripſit Moſes hiſtorias Adæ, Noe & Abrahæ. Sequitur nunc hiſtoria Iſaac.

Deprecatuſq;) Locus de oratione. Orat enim hic Iſaac pro fœcunditate uxoris propter promiſſionem.

Duæ gentes) Typus Synagogæ & Eccleſiæ Dei, de quo uide 9. cap. Rom.

Eſau ruffus) Synagogam Iudaicam, Iacob Eccleſiam Chriſti deſignat. Is enim eſt filius promiſſionis.

Vende mihi) Locus de contemptu uerbi dei, ſub uenditione primogenituræ, id eſt, hæreditatis, Item regni & ſacerdotij, adeoq; uerbi de promiſſione Seminis benedicti. Temporalia non ſunt præferenda ſpiritualibus & æternis bonis. Hoc faciunt ſtulti, quos gloria uexat inanis, & qui in hac uita indulgent uoluptatibus & ſpernunt Euangeli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

gelium. Stultè igitur egit Eſau dum uendidit primogenita pro uili pulte.

SCHOLIA IN XXVI. CAPVT.

Sequitur in hoc capite patrem ſua proles, ut enim Abraham tentatus eſt aliquoties; ita filius Abrahæ Iſaac in fame tentatur & ad peregrinandum inducitur, ut uita Sanctorum non careat cruce, periculis & moleſtijs. Summa capitis itaq; eſt, Peregrinatio Iſaac ad Abimelech, ubi præmiſſa promiſſione, tentatur iterum, & ex parte uxoris periclitatur. Mox etiam tertio tentatur inuidia paleſtinorum laceſſitus, donec tandem inito fœdere cum Abimelech ad quietem peruenit.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori profectio, promiſſio, nec non obiurgatio Iſaac pro uxore. In altera iurgium paſtorum pro fodiendis puteis, & confœderatio Abimelech cum Iſaac deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

De tentationibus Sanctorum.
De promiſſionibus.
De fugiendo adulterio.
De beneuolentia principum erga Eccleſiam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Quòd benedictio Domini diuites facit.
De inuidia.
De religione & miniſterio uerbi.
De fœderibus.

Orta autem) Prima pars capitis de tentationibus ſanctorum, Iſaac enim coactus fame proficiſcitur in Gerara.

Apparuit ei) Locus de promiſſionibus Dei. Promiſſio enim de Semine & de terra Canaan, facta Abrahæ confirmatur & renouatur ipſi Iſaac.

Qui cum interrog:) Locus de fugiendo adulterio, uide ſimilem locum ſupra cap. 12. & 20.

Præcepitq;) Exemplum ſplendidum pij regis, & locus de beneuolentia principum erga Eccleſiam.

Seminauit) Secunda pars capitis de iurgijs & fœderibus.

Benedixitq; ei) Locus quod benedictio Domini diuites facit.

Ob hæc) Locus, quòd diuitiæ pariunt inuidiam. Eſt autem hic allegoria, aqua ſaliens uiua, eſt purum uerbum Dei. Obſtruere autem fontes eſt docere humanas traditiones, quibus uerbum Dei impeditur.

Vbi appar:) Repetitio benedictionis ad conſolationem poſt tentationes.

Itaq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Itaqꝫ ædifi:) Exemplo Abrahæ etiam Iſaac concionatur uerbum Dei. Locus eſt itaqꝫ de religione & uerbi Dei miniſterio.

Ad quem locum) Confœderatio Abimelech cum Iſaac, uide ſimilem locum ſupra cap. 21. Et ea quæ ſunt illic dictata de impietate aulicorum.

SCHOLIA IN XXVII. CAPVT.

Sequitur hoc capite effectus temeritatis & contemptus, quo ſuam primogenituram Eſau uilipendens fratri uendidit, Iuſto enim Dei iudicio priuatur omni iure primogenitorum. Nam Iacob per aſtutiam matris præripit benedictionem Eſau, neqꝫ peccat mater uel Iacob. Faciunt enim iuxta promiſſionem Dei, Maior ſeruiet minori. Pater uerò Iſaac qui fallitur in benedicendo Iacob pro Eſau ualde contriſtatur, & Eſau corporali aliqua benedictione conſolatur Hęc eſt ſumma huius capitis, hoc uno tantum addito quod Eſau fratri minatur extrema. Porrò hoc caput in duas partes diuidatur. In priori benedicitur Iacob benedictione ſpirituali. In altera benedicitur Eſau qualicunque tandem benedictione.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

1. De pœna incredulitatis & contemptus donorum Dei.
2. Quod homo proponit quidem, Deus uerŏ diſponit omnia pro ſua bona uoluntate.
3. De benedictione parentum erga liberos & boni precatione.
4. De aſtutia mulierum.
5. Quŏd in ſolum Dei uerbum in omnibus actionibus reſpiciendum ſit.
6. De fide apprehendente benedictionem Dei.
7. De imagine ueræ & falſæ Eccleſiæ.

Senuit autem Iſaac) Prima pars huius capitis de benedictione ſpirituali, quæ ſingulari Dei iudicio translata eſt ab Eſau prius genito, in Iacob, uide ſimilem locum de filijs Ioſeph cap. 48. ut homo proponit, Deus autem diſponit.

Quod cum audiſſet) Locus de aſtutia mulierum. Eſt autem duplex, altera ſecundum uerbum Dei, ut hæc Rebeccæ aſtutia reſpicit uerbum, Maior ſeruiet minori. Altera ſine uerbo Dei, ut uxoris Potipharis aſtutia contra Ioſeph infra cap. 39.

Noſti quod) Obiectio proueniens ex timore, quod aſtutia matris non ſuccederet.

Ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Ad quem mater) Dilutio obiectionis per translationem culpæ & pœnæ.

Quibus illatis) Obedientia erga parentes in ĳs, quæ Dei uerbum & mandatum habent, Iacob enim matris aſtuto conſilio morem gerit. Et ex eodem mandato mentitur coram patre ſuo, Iſaac, ut interdum generi derogatur per ſpeciem, & uniuerſali mandato Dei per ſingulare ſeu perſonale.

Quomodo inquit) Sequuntur duæ ſuſpiciones ex circumſtantĳs temporis & perſonæ.

Vox quidem) Allegoria hic obſeruanda eſt, Vox Iacob, id eſt, uerbum in Eccleſia, debet manere idem, ſed manus, id eſt, opera legis debent adduci ad uerbum Euangelĳ, tunc placent Deo, Gloria implete legis pertinet ad credentes, ad Iacob non ad Eſau, ſicuti opera Iacob placent Deo et opera Eſau non placent Deo. Malach. 1. Iacob dilexi Eſau odio habui.

Affer mihi) Succeſſus aſtutiæ directæ ſecundum uerbum Dei.

Det tibi) Formula benedictionis, ſeptẽ membris comprehenſa, quæ omnia ſunt in poſteris Iacob totaliter impleta, nempe in populo Iuda & Iſrael.

Vix Iſaac) Secunda pars capitis de corporali

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

porali tantum benedictione, qua precatur Iſaac filio ſuo. Eſau bona terræ corporalemq; fœlicitatem, ut facit Deus ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos.

Iuſte uocat) Querela Eſau de Iacob amarulenta, ſumpta occaſione ab Etymologia uocabuli Iacob, quod ſignificat ſupplantare, conculcare.

Fratri tuo ſer.) Vide 2. Reg. 8. ubi Dauid fecit ſibi Idumæam tributariam.

Et erit) Quod accidit quando Edom deſciuit à Iuda & proprium regnum conſtituit, ut libro 3. et 4. Reg. et ſeorſum 4. Reg. 8. quando Idumæi rebellauerunt, ne eſſent ſub Iuda.

Oderat ergo) Fortuna Eccleſiæ inter Iuſticiarios, & Imago ueræ & falſæ Eccleſiæ, uide ſuprà de Iſmael & Iſaac cap. 21. & Gal. 4. & quo modo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat &c. ita & nunc.

Nunc ergo fili mi) Alia matris aſtutia, quæ orta eſt ex eodem fonte diuinæ uoluntatis.

Dixit Rebecca) Clauſula capitis, in qua Rebecca prætexit alteram cauſam profectionis Iacob in Syriam.

Scho-

SCHOLIA IN XXVIII. CAPVT.

Huc uſq; libri huius quarta pars, nempe deſcriptio quarti Patriarchæ ſcilicet Iſaac. Sequitur nunc quinta pars Geneſeos, in qua Moſes Iacob Patriarcham deſcribit, nempe, profectionem illius ad Laban, ſeruitutem, coniugium, fugam, luctam cum Angelo, reditum ad fratrem Eſau, ſororis Dinæ ſtuprationem, Rachaelis mortem, quibus additur in fine generatio filiorum Eſau, fratris Iacob, uſq; ad 37 caput.

Porrò ſumma huius capitis eſt quod Iacob obediens ſuis parentibus, proficiſcitur in Meſopotamiam ad Auunculum ſuum Laban, pro uxore ducenda, uide Oſe. 12. quodq; in itinere uidet in ſomnis ſcalam, ubi etiam accipit promiſſionem, quæ cum ſit prima facta Iacob, uoto ſe Deo obligat & aſtringit, quod ſit perpetuò uerum Dei cultum obſeruaturus. Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt illud Oſeæ 12. de Iacob, fugit Iacob in regionem Syriæ, & ſeruiuit Iſrael pro uxore. Præterea locus ille inſignis, de ſcala Iacob ſeorſum propter miniſterium conſiderari debet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

1. De conſenſu & autoritate parentum in contrahendo matrimonio.
2. De Obedientia erga parentes.
3. De contemptu parentum.
4. De figuris ueteris Teſtamenti.
5. De promiſſionibus.
6. De Eccleſia.
7. De uotis.
8. De Decimis.

Vocauit itaq;) Locus de conſenſu & autoritate parentum in contrahendo matrimonio. Iſaac enim pro ſua autoritate præſcribit ipſi Iacob locum & gentem, unde ducat uxorem, Exemplum imitatione dignũ.

Deus omnipo:) Repetitio & confirmatio benedictionis.

Cumq; dimiſiſſet) Præmittit Moſes in genere, quo Iacob peruenit, mox omnia quę ei in itinere acciderunt deſcripturus.

Videns autem) Locus de contemptu parentum. Eſau enim contra uoluntatem ſuorum parentum, ultra duas priores uxores nunc tertiam ducit, nempe Mahalath filiam Iſmaelis.

Igitur egreſſus Iacob) Hic propriè incipit hiſtoria Iacob, & primus locus eſt de fuga, peregrinatione & periculis ſanctorum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Iacob enim coactus eſt noctu aufugere, nec non ſub die humi quieſcere, lapidem habens pro ceruicali, ut eſt fortuna Sanctorum.

Viditq; in ſomnis) Locus de figuris ueteris Teſtamenti. Scala enim eſt figura Chriſti, Quòd autem cœlo demiſſa uidebatur, ſignificat incarnationem Chriſti, qua ſola ad cœlos uia patet, pertingit à terra ad cœlum, qua Chriſtus terreſtia cõiungit cœleſtibus, Deus innititur ſcalę, quia Chriſtus diuinitatis plenitudo eſt. Angeli ſunt fideles miniſtri uerbi per Chriſtum, in cœlum pios euehentes, uide ſcalam meam ſeu à me conſcriptam, de uera pœnitentia ſeu loco iuſtificationis.

Ego ſum) Locus de præſentia Dei, deq; conſolatione diuina, quando pij deſtituti omni humana ope, per fidem ad Deum in neceſſitate confugiunt. Deus enim hic ſua promiſſione Iacob triſtem & fugitiuum conſolatur, Hic enim Chriſtus tertio Patriarchæ promittitur.

Cumq; euigilaſſet) Locus de uera Eccleſia Dei, quæ ſemper eſt illic ubi uerbum Dei prædicatur, Fuerat autem hic locus in abuſu dedicationis templorũ apud Papiſtas quaſi Dei Eccleſia ſit in illis locis, ubi ma-

gnificè

gnificè templa extruuntur tantum & illic nullum eſt uerbum Dei.

Vouit etiam) Locus de uotis, quem Monachi ad ſuum impium uotum detorquent. Sed uide diſſimilitudinem, Iacob uouit Deo uotum, Monachus Franciſco, Iacob uouit cum conditione, ſi Deus dederit ei gratiam & bona, unde decimas dare poſſit. Monachus ſine conditione caſtitatem uouit, Iacob in fide uouit ſe fore cultorem Dei, Monachus ſine fide uouit ſe fore cultorem alicuius demortui hominis tantum, ut remiſſionem peccatorum & iuſticiam per hoc mereatur. Quare Monachi nullum ſui impij uoti patrocinium ex hoc loco, ſicut neq; ex alijs ſcripturæ ſacræ locis habent.

Eſt uotum gratiarum actionis & exemplum omnibus pijs imitandum etiam in hoc, ut dent decimas ex ijs bonis, quæ Deus dedit.

SCHOLIA IN XXIX. CAPVT.

Moſes agit hoc capite de ſeruitute & coniugio Iacob. Venit enim Iacob ad Laban & ducit uxores Rachel & Lean. Nam ubi ſeptem annis pro Rachel ſeruiſſet, ſubinduci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tur Lea pro Rachel, ideo ducit utramque, Quod factum quãuis nemini liceat imitari, poſtquam Chriſtus Matrimonium ad ipſos fonres & primæuam reſtitutionem reuocauit, Iacob tamen ex circumſtantijs facti cum lex Moſaica nondum lata eſſet, excuſatur. Lea enim per fraudem adducta, poſt carnalem copulam repudiari non potuit, & Rachel quam Laban ei prius donauit retinenda eſſet, alioqui ſola Rachel haud dubiè fuiſſet contentus, ſi non fuiſſet ſubintroducta, Et ſingulari reuelatione cõfirmatum eſſe exiſtimo. Pro diuiſione capitis obſeruãda eſt origo duodecim filiorũ Iacob, ex quibus duodecim tribus Iſrael nomina acceperunt, prout recenſentur Exod. 1. 1. Paral. 2. & Apocal. 7. ut Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Iſaſchar & Zebulon ex Lea. Dan & Nephtalim ex Bilha ancilla Rachel. Gad & Aſer ex Silpa ancilla Leæ. Ioſeph tandem & Beniamin ex ipſa Rachel nati ſunt.

Loci pręcipui ſunt.

1. De continentia.
2. De rebus œconomicis.
3. De coniugio & amore coniugali & nuptijs.
4. De polygamia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

5. De conditione ſeruili.
6. De benedictione prolis.
7. De origine 12 tribuum.

Profectus ergo) Hiſtoria quomodo Iacob peruenit ad Auunculum ſuum Laban, conſilio ſuorum parentum, ad ducendam uxorem, poſtquam in continentia ſeu caſtitate uixerat extra coniugium ſeptuaginta annis, ut hic inſinuari poſſit Locus de continentia.

Quam diligens) Locus de amore coniugali, cuius originem uidemus in Adam Gen. 2. hoc os ex oſſibus meis &c.

Da uxorem meam) Locus de ſolennitate nuptiarum, Solennis enim eſt omnium nationum & omnium temporum conſuetudo, ut coniugij exordia publico quodam ritu, ueluti teſtimonio, contra ſuſpiciones & offendicula proximorum ineantur, huic conſuetudini ſeruit miniſterium Eccleſiaſticum, conuocatio cognatorum & amicorum ad congratulationem, & dantur etiam donaria. Sic etiam hoc loco conuocat Laban amicos ad nuptias, uide iudicum 14. & Ioan. 2.

Acquieuit placito) locus de polygamia, quæ tunc temporis politica conſuetudo fuit,

fuit, nunc uerò abolita, nec ullo modo pijs in exemplum trahenda.

Videns autem) Locus de origine duodecim tribuum Iſrael, in quibus promiſſiones factæ Patriarchis, tandem ſunt completæ. Nam non fecit taliter omni nationi.

SCHOLIA IN XXX. CAPVT.

Cohæret hoc caput ſuperiori prorſus hiſtoricum de benedictione prolis & ſeruitute Iacob. Rachel enim & Lea ſteriles, dant marito ancillas, paciſcuntur pro Dudaim ſeu Mandragoris, ut uocant, & Iacob decipit Laban contemptu pecorum committens rem Deo & naturæ, ne quis Iacob hoc facto peccaſſe contendat, cuius mercedem Laban decies mutauit.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In altera Moſes benedictionem prolis. In altera benedictionem mercedis Iacob deſcribit.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſtudio procreandæ prolis.
2. De ſterilitate.
3. De cura liberorum & rei familiaris.
4. De benedictione impiorum propter pios.

5. De fruſtraneo conatu impiorum contra pios.
6. De defraudatione mercedis.
7. De conditione ſeruili.
8. De induſtria œconomica & aſtutia ſpirituali.

Cernens autem) Prima pars capitis de benedictione prolis. Sancti patres operam dederunt liberis, non ex libidine, ſed generis humani propagandi & promiſſi Seminis, cauſa. Porro expectatio Seminis benedicti, nec nõ ſterilitas pariunt ęmulationẽ inter ſorores, ut ſunt tales affectus etiam in Sanctis.

At illa) Impijs uidentur iſta de liberorum procreatione, quæ hoc loco & alibi deſcribuntur ridicula. Sed pijs qui ſciunt coniugium à Deo inſtitutum, ad gignendam æternam Dei Eccleſiam, hæc non ſunt ridicula.

Et exaudiuit Deus Leam) Docet hic locus congreſſus ſanctos & coniugales, non libidinis ſed Eccleſiæ propagandæ gratia fieri.

Nato autem Ioſeph) Secunda pars capitis de benedictione mercedis Iacob, & locus de cura domeſtica, ſcilicet uxorum & liberorum, Eſt enim patrisfamilias proſpicere uxori & liberis ſuis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Ait illi Laban) Locus, quõd propter pios, etiam benedicentur impij, ut propter Iacob Laban benedicitur.

Gira omnes greges) Locus de induſtria œconomica, pariter & aſtutia ſpirituali, Iacob enim re Deo & naturæ commiſſa, ſocerum auarum, tenacem ac uerſipellem arte fallit in hunc modum, & iuxta hanc, de mercede ipſius, conuentionem. Iacob petit ſibi dari cuſtodiendas & paſcendas ex grege Laban, albas tantum oues & capras, cum ſuis arietibus & hircis itidem albis, ea conditione tamen, ut omnes agnos & hædos, non albos, ſed maculoſos et uarij coloris ex ipſis albis ouibus & capris naſcituros acciperet pro mercede. Quæ res ipſi Laban diſplicere non potuit, cum omne ſimile generet communiter ſibi ſimile, ut dicitur, ex albo naſcitur album, ex nigro nigrum. Putabat enim hoc pacto futurum, ut aut nulli aut pauci admodum agni maculoſi & uarij coloris ex albis ouibus naſcerentur, & per conſequens lucrum ipſi cederet magnum, Minima uero merces Iacob. Quare non grauatim accepit conditionem oblatam. Sed contrarium ex induſtria & aſtutia ſpirituali Iacob euenit per decorticatas pro parte uirgas, & in canalibus ante faciem ouium po-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſitas eo tempore, quo robuſtiores oues con ciperent, ubi natura per artem adiuta, Deo ſic uolente, produxit in lucem ex albis ouibus & capris maculoſos & uarij coloris agnos & hædos pro diuerſis uirgarum coloribus. Eo uero tempore, quo conciperent imbecilliores oues, Iacob uirgas non poſuit, unde factum eſt, ut Maior & robuſtior pars fœturæ ceſſerit Iacob, Minor uerò & infirmior ipſi Laban. Et quoties Laban mutauit conditionem mercedis Iacob, toties & Iacob artem ſuam, ad illam conditionem accommodauit, ita tandem ex benedictione Dei, præter opinionem Laban ditatus eſt Iacob, & pro ſeruitute uiginti annorum aliquam tandem accepit conſolationem, ſicut & filij Iſrael, in exitu de Aegypto conſolationem acceperunt, nempe ſpolium pro mercede iniuſtæ ſeruitutis Exod. 12.

Ditatuſq;) Clauſula capitis & effectus induſtriæ Iacob, adeoq; præmium iuſticiæ ſeu iuſti laboris.

SCHOLIA IN XXXI. CAPVT.

Sicut Moſes deſcripſit ſupra cap. 28. fugam Iacob, qua fratris iram & minas declinauit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nauit, & in ſummo uitæ diſcrimine conſtitutus euaſit: ita nunc deſcribit alteram fugam, qua ſibi conſuluit Iacob ditatus apud Laban, ut inuidiam filiorum ipſius declinaret. Exemplum eius quod in Pſalmo dicitur, Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Iacob enim fugit Laban ſocerum ſuum, & Laban inſequitur Iacob, & inquiſitionem facit ſuorum idolorum, quæ Rachel furata eſt, & ea callidè abſcondit, Sed Deo protegente ſanctum ſuum, initur fœdus inter Iacob & Laban, hæc eſt ſumma capitis.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt ſeorſum, quod ſummum eſt in hoc capite, nempe pios eſſe Deo curæ, nec non eorum pericula á Deo gubernari.

Loci præcipui ſunt.

Diuitiæ pariunt inuidiam.

Greſſus hominis à Deo dirigitur.

Labor fidelis in uocatione ſecum abundantiam adfert.

Dolus ſæpè ſucceſſu caret.

Deus in neceſſitate et periculis ſuos uon deſerit.

Deus eximit impijs è manu manubrium cor hominis in manu Dei eſt, & quocunq; uult dirigit illud.

Pijs contra impios ſuam innocationem excuſare licet.

Enter præſenter Deus hic & ubiq; potẽter.

Poſtquam autem) Locus de Diuitijs, quõd inuidiam pariant, ut ſuprã cap. 26. de Iſaac. Porrõ tres enumerantur cauſæ, quibus Iacob motus eſt, ut in terram Canaan reuerteretur, ſcilicet inuidia filiorum Laban, ipſius Laban ira, nec non mandatum Dei.

Et dixit Do:) Locus quõd greſſus hominis ã Deo diriguntur.

Miſit Iacob) Sequitur longiuſcula narratio Iacob coram uxoribus ſuis, qua, de ſuę mercedis defraudatione conqueritur, & ſuum eis propoſitum exponit.

Mutauit decies) Obſerua decies mutatam eſſe mercedem illam, quam accepturus erat ex ouibus, ut quando multæ oues maculoſæ naſcebantur Iacobo ex una fœtura, tunc Laban conditionem hanc petebat, quando uerõ Iacobo plures albæ & non maculoſæ naſcebantur, tunc rurſus Laban hanc conditionem petijt.

Deus autem pat:) Locus quod labor in uocatione fidelis abundantiam parit.

Et tamen) Locus quod dolus ſæpẽ ſucceſſu caret, quodq; cor hominis in manu Dei eſt. Re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Reſponderunt Rachel) Locus de obedientia uxorum erga maritos ſuos, ut ubi terrarum degat maritus, ibi ſit & uxor eius.

Surrexit itaq;) Locus de cruce, perſecutione & fuga piorum. Porrò promittit genus, ut ſupra cap. 28. Deinde quid in itinere contigerit, exponit.

Eo tempore) Fugiendi occaſionē addit.

Et Rachel furata) Duæ ſunt coniecturæ, quibus factum Rachelis defenditur, altera quōd factum ſit in maiorem præmij compenſationem, altera quōd impietatis occaſionem auferre patri uoluerit, ſicut poſtea ſepeliuntur idola cap. 35.

Noluitq; Iacob) In Hebræo, Et furatus eſt Iacob cor Laban, per quod fugam ſuam ei non indicauit. Furari enim cor ſignificat aliquid facere neſcio uel inconſulto alio.

Viditq;) Locus quōd Deus in neceſſitate nos defendit, & impijs è manu manubriū eximit, id eſt, occaſionē nocendi tollit.

His uiginti annis) Locus quōd liceat pijs excuſare ſe contra impios, ut hic Iacob facit, & Samuel. 1. Reg. 12.

Veni ergo) De fœdere inter Iacob & Laban, deq; præſentia Dei.

Iacob autem) Locus de miniſterio Angelorum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXXII. CAPVT.

Hic Moſes deſcribit reditum Iacob ex Moſepotamia in patriam ſuam, Porro hic reditus non carebat ſuo periculo. Timuit enim Iacob adhuc fratris iram, Ideo præmittit ad eum munera, quibus animum fratris demereri, nec non ſibi reconciliare ſtudet, Interim iuuocat Deum, luctatur cum Angelo, nomen Iſraelis conſequitur, ut Hoſeas Propheta ſcribit cap. 12. Iacob in fortitudine ſua luctatus eſt cum Angelo, & inualuit atq; confortatus eſt, uide Eccleſiaſtici quoq; cap. 44.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori deſcribit Moſes humiliationem Iacob erga fratrem ſuum, item prudentiam & inuocationem. In altera uero cum Angelo luctationem & uictoriam, qua ſic eſt confortatus, ut ſtatim accinctus, obuiam fratri perrexerit.

Loci præcipui ſunt.

Sancti non carent afflictionibus, etiamſi euentũ periculorum Deo committũt.

Licitum eſt uti pijs medijs in actionibus & periculis, ne ſecuri Deum tentare uideamur.

Vera

Vera inuocatio nititur promiſſione & coniuncta eſt cum fide.

Munera crede mihi placant homineſq; Deoſq;.

Deus cum tentatione piorum, euentum facit.

Victoria eſt fides noſtra, qua Deus ipſe ſe uinci ſinit.

Victor Dei facilè erit uictor hominum.

Miſit autem) Prima pars capitis de humiliatione, prudentia et inuocatione Iacob. Et primus locus, quod in ſanctis ſunt affectus, ut timor in periculis, quodq; utendum ſit ratione, conſilijs & prudentia, ſed euentus conſiliorum petendus eſt à Deo.

Deus patris mei) Exemplum ueræ inuocationis, quæ nititur promiſſione & fide.

Cumq; dormiſſet) Locus de pijs medijs utendis, ne Deus à nobis ſecuris tentari uideatur. Studet hic Iacob muneribus placare fratrem, potiuſquam ut in apertum periculum ſecurus omnium rerum ſe conijciat. Munera crede mihi &c.

Cumq; mane) Secunda pars capitis de lucta Iacob cum Angelo ſeu cum DEO ipſo, quę fuerat grauiſſima tentatio ſpiritualis & corporalis, quia non tantum animo

ſuo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſuo Iacob adhærebat diuinæ promiſſioni. Reuertere &c. ſed etiam inde claudus effe-ctus eſt. Ita corporaliter ſuccubuit quidem, ſed interim ſpiritualiter, id eſt, fide Deum uicit.

Iſrael) Mutatio nominis effectum ten-tationis oſtendit, nempe, quod Iacob in lu-cta cum Deo, fide uicerit Deum. Iſrael enim ā Sara & el dicitur, ſignificat autem Sara uerbum hebræum pugnare cum uictoria, uictoriam obtinere, unde Sar princeps & Sara principiſſa.

Et Iſrael) Id eſt, Princeps Dei ſeu uictor Dei, id eſt, cum Deo luctatur & obtinet ui-ctoriam, quod fit fide uerbo Dei firmiter adhærente, donec iram Dei ſuperauerit & propitium patrem conſecutus fuerit. Porrò pniel ſignificat faciem Dei ſeu cognitionem Dei, Nam in tentatione & cruce diſcimus Deum rectē cognoſcere. Poſtea res ſalua eſt & Sol oritur.

SCHOLIA IN XXXIII. CAPVT.

Superata tentatione Iacob fratri obui-am uenienti ſe offert cum ſuis, ex altera parte metuens, ex altera Deo confidens, ut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ut in Sanctis, à Deo tolerantur tales affectus, qui cum fide pugnare uidentur. Iacob itaq; uadit obuia fratri ſuo Eſau reconciliatur eidem, uenit in Succhoth, deinde in Sichem. Hæc eſt Summa capitis.

Pro diuiſione nobis obſeruanda eſt conſuetudo Dei, cum ſanctis ſuis agendi. Nimirum, ut, quos uult exaltari, primum humiliet, ſicut hic humiliatur Iacob in conſpectu fratris ſui Eſau, ſtante interim promiſſione, Maior ſeruiet Minori.

Loci præcipui ſunt.

Exemplum humiliationis, reuerentiæ & ciuilitatis in Iacob.

Deus defendit & cuſtodit ſuos.

De externa diſciplina & honeſtate morum. Impijs & iuſticiarijs etiam reconciliatis non eſt per omnia credendum. Nam qui Deo non eſt fidelis, uix erit hominibus fidelis.

Deus interdum differt ſuas promiſſiones, ut fides interea temporis exerceatur.

Primum quærite regnum Dei & omnia bona adijcientur uobis.

Eleuans autem) Locus de uera humiliatione, iuxta illud, Quanto altior es, tanto magis te humilia in omnibus, & inuenies gra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

gratiam coram Deo, & omnibus homini-bus, Iacob etſi promiſſiones habuit de Semine benedicto, tamen non ex alto deſpicit fratrem Eſau, ſed in conſpectu eius humilem ſe præbet. Quod autem filios in tres ordines diſtribuit, cuiq; matri ſuos commendans, id facit pro ſua prudentia et ſecundum amorem coniugalem, quo adductus ante omnes periculo ſeipſum committit.

Currens itaq;) Locus de defenſione diuina, Deus enim defendit & cuſtodit ſuos, ſicut hic conuertit inimicum cor Eſau erga Iacob, unde conſtat & Satanam & impios tantum poſſe contra pios, quantum illis Deus permittit, ſicut ſuprà cap. 31 de Laban, hic ſequitur effectus diuinæ uocis in lucta Iacob cum Angelo ſeu Deo, quia præualuiſti cum Deo, & cum hominibus præualebis.

Et appropinquantes) Locus de externa diſciplina & honeſtate moru͞. Exhibet enim Iacob honorem uenienti Eſau, decet enim decenter omnia fieri, ſicut Paulus dicit.

Dixit Iacob noli) Locus de ciuilitate & munificentia piorum, quos Euangelium liberales reddit non ſordidos, mites non crudeles.

Sic enim uidi faciem) Locus de honore Magi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Magiſtratui habendo. Iacob enim non ex adulatione ſed ex uera animi ſinceritate & obedientia fratri ſuo honorem exhibet, iuxta illud Pauli, Cui honorem honorem etc.

Suſcipe benedictionem) Locus quod Dei dona ſunt ea, quæ noſtro labore & ſudore ſunt acquiſita, ſicut etiam uxor & liberi, ut ſuprā eodem capite.

Gradiamur ſimul) Locus de fide non habenda impijs & iuſticiarijs etiam reconciliatis, Sicut hic Iacob non concredidit ſe fratri poſt reconciliationem. Neq; poſſunt pij & iuſticiarij ſimul ambulare ſeu conuerſari. Nam pij pergunt in ſilentio ſpirituq; manſueto. Iuſticiarij uerō pergunt cum pompa & præſumptione ſuorum operum in lege Dei, & odio piorum.

Reuerſus eſt) Concluſio de ſeparatione piorum & impiorum.

Et erecto ibi altari) Clauſula de uero cultu Dei, iuxta illud in Euangelio, Primum quærite regnum Dei &c.

SCHOLIA IN XXXIIII. CAPVT.

Caput hoc eſt ſingulare patheticum, & horrendæ rei deſcriptio, Continet, n. unicæ filiæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

filiæ Iacob, Dinæ ſcilicet raptum & ſtuprum,& deinde etiam raptorum,hoc eſt,Sichimitarum occiſionem. Nam poſtquàm Sichem amore Dinę captus,eam ui oppreſſiſſet, duo filij Iacob, Simeon & Leui Sichimitas dolo circumuentos gladio peremerunt, ſtuprum ſorori illatum uindicantes, Similia exempla punitæ libidinis uide Nume:25.Iudic.19. 2.Samu 11.& 13. Vide Philippi Catechiſmum, & in Locis com:expoſitionem ſexti præcepti.

Diuidatur hoc Caput in duas partes. In priori Moſes peccatum,In altera pœnam libidinis deſcribit.

Loci præcipui ſunt.

De Cruce ſanctorum continua.

Liberi degeneres contriſtant ſuos parentes.

Ocia ſi tollis periere cupidinis arcus.

De uitio curioſitatis, & quod mulieribus,tutius eſt domi manere,quàm uagari foris.

De amore illicito.

De ſtupro.

De dolo,fraude & proditione.

De pœna libidinis.

Egreſſa eſt Dina) Prima pars capitis, de

de peccato libidinis & amore illicito. Rapitur enim Dina filia Iacob, quod malum accidit ipſi Iacob, ut ſit hic Primus locus de Cruce continua Sanctorum. Secundus de curioſitate & ocio puellari. Decet enim puellas ſeu uirgines pudor, & ut domi in ædibus paternis maneant, non uagentur foris. Eadem & de Adoleſcentibus hoc loco monentur.

Quam cum uidiſſet) Exemplum amoris ardentis Adoleſcentis, in hoc iuniore principe, caueri debet talis ardor oratione ardenti & educatione ſeu inſtitutione pia & diligenti, Niſi Dominus ædificauerit domum &c.

Et pergens ad Emor) Sichem ambit ſtupratam Dinam, & cupit eam in uxorem ducere, mouens omnem lapidem, ut id fiat, ſed fruſtra, propter offenſos & exaſperatos Dinæ fratres.

Reſponderunt) Locus de dolo & proditione. Fratres enim Dinæ iuſto dolore moti, technam excogitauerunt, unde Sichimitas interficiendi conuenientem haberent occaſionem, nempe religionis mutationem per Circumciſionem, cauſantes ſe non poſſe ſuam ſororem incircumciſo dare.

Et ecce die tertio) Altera pars capitis de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

horrenda pœna libidinis, quam Deus permittit quidem utpote fornicationis peccato ualde iraſcens, ſed factum Simionis & Leui non probat. Nam & hoc capite, & infra 49. reprehenduntur à patre, ut turbatores, & uaſa iniquitatis bellantia. Eſt autem horrendum exemplum puniti ſtupri, Quicquid maſculini ſexus, in urbe Sichimorum fuit, interficitur gladio exceptis pueris.

Quibus perpetra:) Concluſio Capitis per obiurgationem.

Et dixerunt) Clauſula per excuſationem ab indignitate rei iuſtoq; dolore.

SCHOLIA IN XXXV. CAPVT.

Sequitur alia hiſtoria de tentationibus & cruce Iacob, Ipſum enim adhuc anxium propter factum filiorum, iubet Deus aſcendere in Bethel, & ibi altare ædificare, iuxta uotum ſupra 28 cap. factum, Præterea iubetur auferre idola, ſuamq; domum ab idolatria repurgare. Deus interim terret hoſtes Iacob, & iterum promittit ei terram Canaan. Iacob igitur iuſſu Dei, aſcendit in Bethel, infodit idola ſubter quercum, uenit Luzam, moritur Delbora, apparet ei Dominus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nus, benedicitur iterum, appellatur Iſrael ſecundo. Rachel in partu moritur, & Ruben conſcendit cubile patris, Iſaac moritur, Hæc eſt ſumma capitis.

Pro diuiſione capitis obſeruanda eſt hęc domeſtica Iacobi repurgatio, qua domum ſuam ab idolatria repurgans, ueram religionem ſuæ familiæ reſtituit, obedientia Dei factumq́, perpetua imitatione dignum.

Loci præcipui ſunt.

- Votum pium ac licitum Deo ſoluendum eſt.
- De idolatria tollenda.
- De defenſione Diuina.
- De promiſſionibus.
- De cruce Sanctorum.
- De difficultate partus.
- De inceſtus enormitate.
- De ueneranda ſenectute.

Interea locutus) Deus commonefacit Iacob ſui uoti ſuprà facti cap. 28.

Et ait Iacob) Locus de obedientia erga Deum, Iacob enim aſcenſurus in Bethel, iuxta Dei mandatum, ut illic uerum Dei cultum inſtituat, repurgat prius familiam ſuam, ab idolatria & falſo cultu Dei, quo fuerant ipſius uxores & liberi in Meſopo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

mia, exemplo Laban inſtituti, quemadmodum & pijſſimus Rex noſter, Chriſtianus tertius, Friderici Regis filius, Daniæ & Noruegiæ regna, ſtatim à Coronatione ſua, ab idolatria papiſtica repurgauit, & ſuis regnis ueram religionem per Dei gratiam reſtituit, ſit Chriſto gratia in æternum.

Dederunt Iacobo) Locus de obedientia domeſtica. Iacob Deo, familia uerò & Deo & Iacobo, debitam obedientiam, pro uirili præſtat, Qualis Dominus, talis Seruus.

Cumq; profecti) Locus de defenſione diuina. Iacob timuit Cananeorum & Pherezeorum, poſt interfectos Sichimitas, inuaſionem, ut in fine ſuperioris capitis. Sed Deus terruit hoſtes Iacob, ſicut ſuprà Laban à DEO territus eſt, ne noceret Iacobo, cap. 31.

Venit igitur Iacob) Exequutio diuini mandati.

Ibi enim) Ratio eſt mandati & exequutionis, Eodem autem tempore, referatur & hæc miſeria, inter tentationes Iacob, de morte Deboræ nutricis Rebeccæ, uide ſuprà cap. 24. Et nutricem illius &c.

Apparuit autem) Locus de promiſſionibus & mutatione nominis in Sanctis, re-

nouat

nouat his Deus promiſſionem, ut fides Iacob confirmetur.

Egreſſus autem inde) Sequuntur nouæ afflictiones poſt hanc promiſſionem, ut eſt crux indiuiduus comes Euangelij, perpetuumq; fidei exercitium, pijs in bonum.

In qua cum par:) Locus de difficultate partus & crux impoſita muliebri ſexui. Geneſ. 3.

In dolore &c.) Porrò quæ mulieres ita moriuntur in puerperio, non aliter hinc diſcedunt, quam qui alioqui, propter uerbum Dei Martyrio coronantur. Obediunt enim mandato Dei. In dolore paries &c.

Cumq; habita:) Locus de enormitate inceſtus & de ſummo ſcandalo, ut Paulus dixit de eo, qui Nouercam ſuam ſtuprauit, Talis fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur 1. Corinth. 5. uide ſimile de Abſalon. 2. Sam 16. ex conſilio Achitophel, uide infra cap. 49. Non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui.

Erant autem) Enumeratio filiorum Iacob, quæ pertinet ad Patriarcharum generationem, ut ad Genealogiam Chriſti. Iacob autem genuit Iuda &c. uide ſupra cap. 29. in fine de natiuitate horum filiorum, & de origine 12 Tribuum Iſrael.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Et completi ſunt dies Iſaac) Locus de ueneranda ſenectute & morte Sanctorum precioſa. Porrò quantum ad annorum mundi ſupputationem in ætate Patriarcharum attinet ex collatione Scripturæ patet, quod Iacob in obitu patris ſui fuit centum & uiginti annorum, & Ioſeph 29 annorum. Nam cum profectus eſt Iacob in Haran fuit annorum 77. & anni quibus ſeruiuit pro uxoribus fuerunt quatuordecim, qui prioribus adiecti efficiunt 91 annos, & in fine decimi quarti anni ſuæ ſeruitutis natus eſt ei Ioſeph, qui poſt decem & ſeptem annos uenditus eſt in Aegyptum, ut infra patebit. Sic ergo continuandum eſt in annorum mundi ſupputatione.

Septuageſimo anno Tharæ, natus eſt Abraham. Centeſimo anno Abraham, natus eſt Iſaac. Sexageſimo anno Iſaac natus eſt Iacob. Octuageſimo octauo anno Iacob natus eſt Iuda &c.

SCHOLIA IN XXXVI. CAPUT.

Quanquam hoc Caput ab omnibus ferè Interpretibus tranſitur, omittitur & intactum

ctum relinquitur, quoniam habet tantum Catalogum familiarum Eſau, tamen ut Textui ſatisfiat, in hoc noſtro propoſito, breuiter hoc Caput etiam legendo percurramus. Eſt itaq; Summa capitis, Genealogia ſeu progenies Eſau, & origo Edom ſeu Idumeorum, Item origo Amalechitarum. Quantum ad ordinem huius Catalogi, ſeu Capitis diuiſionem attinet, Obſeruandum eſt Eſau tres uxores duxiſſe, duas ex Cananeorum filiabus, & tertiam quæ fuit filia Iſmael, ut ſupra cap. 26. & 28. Porrò hæ mulieres cum ſuis filijs ordinem huius Catalogi ſeu Capitis diuiſionem oſtendunt. Præterea debet etiam hoc obſeruari, quod poſteritas Eſau ſeu perſonæ in hac Genealogia, primum ſimpliciter, Deinde cum dignitatis Titulo commemorantur.

Loci præcipui ſunt.

1. De multitudine & potentia impiorum in mundo, reſpectu puſilli Gregis Eccleſiæ.
2. De Allegoria, quōd impij tandem cedant ipſis pijs de benedicente & protegente pios.

Hæ ſunt autem) Locus de multitudine & potentia impiorum. Porrò cum hæ mulieres aliter ſint nominatæ ſuprà cap.26. ueriſimile eſt eas fuiſſe binomines.

Tulit autem) Impij, relictis à tergo pijs, mundum occupant, & Deus interim pios protegit ac defendit.

Fueruntq; filij) Simplex nominum recitatio.

Hi duces) recitatio cum titulo dignitatis. Porrò temporibus Moſi ciuitates & prouinciæ ſua nomina adhuc retinebant, accepta à ducibus, & ob hanc cauſam explicat Moſes origines earum.

Iſti ſunt filij Seyr) Nota quod ante Edomitas incolebant terram Seyr Horritæ, cuius gentis duces nunc deſcribit, hos poſtea Edomitæ expulerunt. Ideo Principes Horritarum hic quoq; recenſentur.

Iſte eſt Ana) Singularis deſcriptio, uidelicet, quod ſua arte & induſtria mulos inuenerit, equos & aſinas coniungendo. Porrò quòd Interpres uulgaris aquas calidas reddidit pro mulis, uidetur iamim uel maim, id eſt, aquas pro iemim, id eſt, Mulos accepiſſe. Calidas autem de ſuo addidit, ut ſolet, pro maiori declaratione. Hic omitto nugas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nugas Rabinorum, de hoc Ana, quem ſpurium faciunt.

SCHOLIA IN XXXVII. CAPVT.

Hucuſq; hiſtoria Iacob. Sequitur nunc Sexta pars libri Geneſeos, nempe hiſtoria Ioſeph uſq; ad ad finem Libri. Cuius partis Summa hæc eſt.

1. Venditio Ioſeph cap. 37
2. Hiſtoria de Iuda & Thamar intermixta, cap. 38
3. Incarceratio Ioſeph 39
4. Interpretatio ſomniorum Eunuchorum 40
5. Interpretatio ſomniorum Pharaonis. 41
6. Deſcenſus fratrum Ioſeph in Aegyptum 42
7. Reditus eorumdem in Aegyptum 43
8. Inſimulatio furti Beniamin 44
9. Manifeſtatio Ioſeph coram fratrib. 45
10. Deſcenſus Iacob in Aegyptum 46
11. Habitatio Iacob in Aegypto 47
12. Benedictio filiorum Ioſeph 48
13. Benedictio filiorum Iacob & mors eius 49

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

14. Sepultura Iacob & mors Ioſeph 50 ſeu ultimo.

Summa uero Capitis huius hæc eſt, quod Ioſeph poſt accuſationem fratrum & uiſionem ſomniorum, conflata iuuidia fratrum, proiectus eſt primum in ciſternam, deinde Madianitis uenditus, quem patre dolente, fratres à beſtijs eſſe deuoratum ſimulauerunt. Horrendum igitur facinus filiorum Iacob contra fratrem ſuum Ioſeph deſcribitur, in quo paſſio Chriſti prę figurata eſt.

Pro diuiſione huius Capitis admirari nos oportet in tota hac hiſtoria, Ioſephi ingenium, quo declinauit adulterium. Conſilium, quo neceſſitati proſpexit. Vigilantiam, qua frumentum collegit. Iuſticiam, qua frumentum æqualiter deſtribuit. Magnanimitatem, qua iniuriam fratribus non retulit. Et ſuauitatem, qua fratris Beniamin præſentiam quæſiuit. Vide Ambroſium lib. 2. officiorum cap. 16. Porrõ de Ioſeph uide Deut. 33. Pſal. 105. Item Acto. 7. et apud Auguſtinum, libro ſermonum de tempore, Sermone 81. Tomo. 10.

Loci pręcipui ſunt.

Non decet ad fratrum ſcelera conniuere, ſed eos primum admoneri, deinde

etiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

etiam ad reſipiſcentiam accuſari oportet.

De tentationibus & cruce piorum à proprijs filijs impoſita.

Præceptores diſcipulorum & parentes filiorum ſuorum delectum habent.

Veritas odium parit. Fratrum quocꝫ gratia rara eſt.

De Somnijs.

Non eſt conſilium contra Dominum.

Omnia etiam aduerſa cooperantur pijs in bonum.

De Inuidia.

Tentationes piorũ aliæ alijs grauiores.

Ioſeph cum ſede:) Sexta pars libri Geneſeos & hiſtoria ſancti Patriarchæ Ioſephi. Porro uenditionis hiſtoria contigit ante mortem Iſaac annis tredecim, Eſt ergo hiſterologia.

Accuſacꝫ fratres) Locus quòd non eſt couniuendum ad ſcelera proximi. Dilectionis enim officium eſt quocunqꝫ tandem modo & medio proximum in uiam reducere,ne in peccatis pereat, Rom. 1. Non ſolum qui talia faciunt digni ſunt morte, ſed qui conſentiunt facientibus. Ioſeph accuſat fratres &c.

Iſrael autem) Locus de delectu liberorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

rum & diſcipulorum, Sicut Chriſtus Iohannem dilexit præ cæteris Apoſtolis.

Videntes autem) Tres ſunt cauſæ, quibus fratres Ioſeph ad odium contra eum commouentur, ſcilicet accuſatio, patris amor ſingularis & ſomnia Ioſeph.

Acciditq;) Locus de ſomnŋs. Dicitur autem ſomnium ſimpliciter, quod nobis dormientibus in mentem uenit, quod quia fit uarŋs modis,ut nunc de rebus præteritis, nunc de futuris, nunc ſecundum diuerſitatem complexionum, nunc illuſiones diabolicæ,ŋs tantum ſomnŋs,quæ ſunt diuinæ reuelationes credendum eſt, nempe, quæ ipſe Spiritus ſanctus interpretatur in ſcripturis ſanctis, & euentus oſtendit ea diuinitus reuelata eſſe, ut hæc ſomnia Ioſephi. Item Nume.12.ſupra cap. 28. Somnium Iacob uidentis ſcalam, uide huiuſmodi ſomnia in Daniele de Monarchŋs. Item Matth.1. & 2. Act. 2. ex Ioele,quæ finem habuerunt cum miraculis, tempore Apoſtolorum. Proinde ſomnia quæ contingunt ŋs, qui ſedent ad gubernacula rerum, in Eccleſia & politia, Deo per orationem commendari debent,ut ipſe gubernet euentum.

Cumq; fratres) Narrat occaſionem uenditio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ditionis Ioſeph, & locus eſt de conſpirationibus humanis in malum, quarum euentum Deus ad ſuam gloriam dirigit & gubernat.

Qui cum uidi:) Locus de inuidia, quõ non obſcurẽ Matth. 21. Chriſtus ipſe contra Iudæos diſputans, in parabola reſpexit.

Audiens autem hæc Ruben) Locus de humanarum conſpirationum impedimentis. Solet enim Deus uel immediatẽ uel per media conatus impiorum hominum impedire.

Prętereuntibus Madianitis) Pro uno populo Madianitæ & Iſmaelitæ hoc loco accipiuntur. Fuerunt enim & Iſmael & Madian filij Abrahæ, hic ex Ketura, ille ex Agar ancilla natus, quos Abraham datis muneribus dimiſit ad plagam orientalem. Ideõ ueriſimile eſt hos, inter illos habitaſſe, cum Moſes pro ijſdem eos accipiat.

Tulerunt autem tu:) Locus de hypocriſi & mendacio quo malefici facinus ſuum oppalliare ſolent. Sicut hic fratres Ioſeph cælant nefandum facinus per hypocriſin & mendacium.

SCHOLIA IN XXXVIII. CAPVT.

Moſes

Moſes interſerit hoc capite de Iuda & uxore eius, & duobus filijs ſuis, cum Thamar matrimonio copulatis, quibus mortuis, eam cognouit, ex qua genuit Phares & Zara. Summa igitur capitis eſt coniugium Iuda, crimen & diuina ultio filiorum ſuorum, Her & Ouan. Inceſtus deinde cum Nuru ſua Thamar. Poſtremo conceptus & natiuitas Phares & Zara.

Pro diuiſione capitis conſilium Spiritus ſancti, in deſcribenda hac hiſtoria turpi & abſurda. Sciamus hoc fuiſſe, quod Chriſtus non ſolum ex tribu Iuda, ſed etiam ex gentibus naſceretur. Matth. 1. quia ſalus ex Iudæis quidem orta eſt, ſed ad Gentes etiam pertinet. Rom. 2. Num Iudæorum Deus tantum: Thamar enim gentilis mulier fuit, ſicut Raab & Ruth.

Loci præcipui ſunt.

1. De pœna inobedientiæ.
2. De peccatis & lapſibus Sanctorum.
3. De pœnitentia & confeſſione peccati.
4. De allegorijs.

Eodem autem tempore) Locus de pœna inobedientię, Iudas enim exemplo Eſau, factus inobediens patri, duxit uxorem ex Gentilitate. Quæ inobedientia per infortunium, quod filijs eius accidit punita eſt à Deo.

Deo. Porrò Odellam ciuitas eſt quæ ceſſit Tribui Iuda non procul à Bethlehem, ad cuius Odellæ ſpeluncam confugiebat Dauid. 1. Reg. 22.

Cheſib) Vrbs eſt Paleſtinæ, à metiendo nomen habens ubi habitauit Iuda.

Euolutis autem) Locus de peccatis ſanctorum, in quo primum legis uſum intueamur & noſtram infirmitatem agnoſcamus: Deinde & Euangelij, quo confugiamus ad miſericordiam Dei, qui tolerat in ſanctis peccata & lapſus, modo per pœnitentiam reſipiſcant.

Ecce autem poſt) Locus de pœnitentia peccati. Iudas enim agit pœnitentiam & ſeipſum accuſat.

Inſtante partu) Hic allegoria locum habet, ut per Thamar Eccleſia, per Pharez & Zara Iudæi & Gentes commodè ſignificentur, iuxta illud, Primi erunt nouiſſimi, Gentes enim anteuerterunt Iudæos, Rom. 11.

SCHOLIA IN XXXIX. CAPVT.

Proſequitur Moſes hiſtoriam Ioſephi, deſcribens ipſius fortunam in Aegypto, talem qualis eſſe ſolet omnium piorum, ut ante exal-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

exaltationem humilientur. Ioſeph hic tentatur ab uxore Potipharis, ut accuſatus in carcerem conijciatur.

Pro diuiſione, figura conſideranda eſt. Quemadmodum enim hic Ioſeph primum humiliatus, deinde exaltatus eſt: Ita Chriſtus ipſe forma ſerui ſumpta, primum humiliatus eſt, deinde exaltatum eſt nomen eius ſuper omne nomen. Phil. 2.

Loci præcipui ſunt.

1. De præſentia Dei in cruce Sanctorum.
2. De benedictione impiorum propter pios.
3. De fidelitate.
4. De caſtitate & pudicicia famulitij, nec non econtra de impudicicia.
5. De Verſutia & aſtutia muliebri.
6. Sed nos in uitium credula turba ſumus.
7. Deus eſt cum pijs in tribulatione.

Igitur Ioſeph) Locus de præſentia Dei in cruce & tentationibus ſanctorum. Hic enim adfuit Dominus Ioſepho in exilio & calamitate.

Benedixitq́) Hic locus iterum teſtatur, benedici etiam impijs à Deo propter pios.

Erat autem Ioſ:) Locus quod ex aſpectu creſcit amor, Item pudicitiæ.

Et fa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Et factum eſt) Locus contrarius ſuperiori,ſcilicet de impudicicia, Domina Ioſephi coniecit in eum oculos, quem etiam rogabat ut ſecum dormiret. Reprimenda eſt igitur omnis petulantia mulierum, proueniens ex impudicicia, qua iuuenes ad libidinem pellicere et prouocare non erubeſcunt.

Qui nequaquam acq:) Locus de pudicicia, caſtitate & continentia, hic enim eſt præclarum caſti & pudici adoleſcentis exemplum in Ioſeph. Nam opus nefandum,cum domina perpetrare renuit.Quippe, quam ſolam, in tota domo, in poteſtatem,non accepiſſet.Item de caſtitate & ſatisfactione.

Cumq; uidiſſet mulier) Locus de aſtutia & uerſutia muliebri, quōdq; mulier aut amat aut odit, nihil eſt tertium, ut hic Domina propriam ſuam culpam conuertit in Ioſeph, quem innocentem ad maritum defert &c.

His auditis) Locus com: Nos facilē in uicium credula turba ſumus. Hic Ioſeph ab irato domino innocens in carcerem con ĳcitur, nempe, credulo nimium uxori maleuolæ, contra illud Catonis. Ne temerē uxori de ſeruis crede querenti &c. Porrō Deus hæc interdum fieri permittit, ut pĳ in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

iuriam etiam innocenter patiantur, ut ipſa eorum innocentia tandem eò magis omnibus manifeſtetur ac illuſtrior fiat.

Fuit autem Do:) Locus eſt, Timentes dominum liberari à malis & cuſtodiri, iuxta illud, Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum &c. ſicut hic Dominus erat cum Ioſepho in carcere. Cum ipſo ſum in tribulatione. Item, Si tranſieris per aquas tecum ero &c.

SCHOLIA IN XL. CAPVT.

Moſes hoc capite deſcribit occaſionem diuinitus traditam Ioſeph emergendi ex miſerijs, in quas coniectus fuit, nempe per interpretationem ſomniorum. Poſtquàm enim & Piſtor & Pincerna regis Pharaonis in carcerem coniecti, Ioſephoque traditi erant, primum eos conſolatur & cauſas quęrit triſtitiæ, Deinde ſomnia eorum exponit, quæ res occaſio fuit, quod Ioſeph interpres ſomniorum proclamatus, à Rege euocatus è carcere & liberatus ſit.

Pro diuiſione capitis commendatum habeamus locum in Pſal. 105. Præmiſit ante eos uirum &c. qui huc referatur, & exemplum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

plum, quod Deus mirabiliter agit cum ſanctis ſuis, Pſal:4.

Loci præcipui ſunt.

1. Ad Magiſtratum pertinet interdum uti miſericordia, interdum iudicio. Pſal. 101.
2. Pij neglectis ſuis iniurijs, proximi calamitatibus afficiuntur.
3. Somnijs non eſt credendum, niſi Deus ipſe per ſuam reuelationem fuerit interpres.
4. De ingratitudine.

His ita geſtis) Locus de pœnis facinoroſorum, & quod ira Regis eſt ut ira Leonis. Quare ſic uiuendum eſt, ut in manus magiſtratus non incurratur.

At cuſtos car:) Locus quòd uere pij ſuorum malorum obliuiſcuntur, & proximi calamitatibus afficiuntur, Sicut hic Ioſeph uinctus, uinctos conſolatur ſocios.

Viderunt ambo ſom:) Locus de ſomnijs, uide ſuprà cap. 37. cum ſomniorum aliud phyſicum, aliud diuinum, aliud diuinatorium, aliud Satanicum, ſoli diuino ſomnio, quod ſcilicet Deus ipſe reuelat & interpretatur, eſt credendum, alioqui nihil certi ex ſomnijs habemus.

Et tamen) Clauſula huius capitis, con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tinens exemplum ingratitudinis. Nihil tam citò ſeneſcit ac gratia.

SCHOLIA IN XLI. CAPVT.

Moſes hoc capite liberationem Ioſeph deſcribit. Ioſeph enim captiuus eſt ſeruus, poſtquam expoſuerat Pharaoni ſua quoq; ſomnia, liberatur è carcere, & conſtituitur Princeps Aegypti, iuxta illud, Suſcitans à terra inopem. Præterea fit maritus & benedictione prolis ornatur. Naſcuntur enim ei duo filij, Manaſſe & Ephraim. Sic benedicetur homo qui timet Dominum.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori de ſomnijs Pharaonis. In altera de præfectura Ioſeph agitur.

Loci præcipui ſunt.

Multæ tribulationes iuſtorum, ſed ex omnibus his eripiet eos Dominus.
De ſomnijs & eorum interpretationib.
De fame.
De prudentia.
De prouidentia politica.

Poſt duos annos) Prima pars capitis de ſomnijs Pharaonis, quæ contigerunt ex ſin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

gulari beneficio Dei, ſcilicet ut Aegyptijs, tempore uenturæ, propter peccata eorum, famis, prouideretur, ne penitus fame perirent, ut ſolet in ira ſua Deus etiam miſericordiæ ſuæ recordari. Abac: 3.

Tunc demum) Repetitio occaſionis, qua liberatus eſt Ioſeph è carcere. Cum enim Pincerna Regis per totum biennium, ingratitudinis uicio laborans oblitus fuerit ipſius Ioſeph, nunc tandem eius recordatur, ad cuius narrationem Ioſeph carcere liberatur, mundatuſq; Regi ſiſtitur.

Reſpondit Ioſeph) Locus de interpretatione ſomniorum, quòdq; ſomnijs non eſt credendum, niſi Deus ea per reuelationem interpretetur. Cuius rei exemplum hic in Ioſepho uidemus. Abſq; me, inquit, Deus, reſpondebit proſpera Pharaoni, hoc eſt, non ego ſum, qui ſomnia uel interpretatus ſum, uel interpretari poſſum. Sed Deus hoc efficit per me, quod etiam in tuis ſomnijs efficere potens eſt. Sic dat gloriam Deo, nec tamen interim negat Pharaoni ſuum miniſterium.

Nunc ergo proui:) Secunda pars capitis de præfectura Ioſeph ſuper Aegyptum, ubi primus locus eſt de Modeſtia, quæ uirtus eſt, qua quis aliter de ſe non ſentit, quàm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

oportet ſentire Rom. 12. Nec quærat ſuam gloriam per arrogantiam, ſed commodum & utilitatem aliorum. Sicut hic Ioſeph Pharaoni conſilium de prouidentia contra famem ingruentem, quo tandem conſilio tota Aegyptus tempore famis eſt ſaluata, unde etiam uocatus eſt ſecretarius Regis, & pater terræ ſeu Aegypti.

Locutuſq; eſt ad eos) Locus de prudentia, quæ moderatrix optima eſt omnium actionum accuratum habens reſpectum ad omnes circumſtantias, ut hic Pharao prudenter ipſum Ioſeph eligit in Secretarium ſuum & Aegypti præfectum. Neceſſe eſt enim ut uel Reges ipſi ſint ſapientes, uel habeant apud ſe ſapientes.

Deditq; illi ux:) Locus de benedictione coniugiĳ & prolis, ſic fit, cum omnia aduerſa apparent, tunc optima quæq; uicina ſunt, qui tẽtationes ęquo animo ſuperauit, is demum ā Deo multis benedictionibus cumulatur. Porrò Manaſſe & Ephraim, duo filĳ Ioſeph ā Iacob in filios adoptati, ſicut proprĳ filĳ Iacob in tribus ordinantur, ut infra cap. 48. & tandem ſucceſſerunt in locum Leui Ioſ. 14.

Manaſſes ab obliuione nomen habet, propter obliuionem miſeriarum patris. Ephra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Ephraim ab ubertate nomen habet, propter incrementum patris, & ſeptem annos ubertatis.

Igitur tranſactis) Concluſio capitis & locus de fame, quæ una eſt ex ſummis plagis Dei, peccatoribus ut pœnitentiam agant, immiſſa, Alia generalis, ut hæc ſeptem annorum fames, in uniuerſo orbe, & fames quæ ſub Claudio fuit. Act. 11. Alia ſpecialis, ut fames in Samaria tempore Elizei 4. Reg. 6.

SCHOLIA IN XLII. CAPVT.

Pergit hoc capite Moſes deſcribere aliam occaſionem, ſcilicet reuelationis Ioſeph coram fratribus ſuis & patre, Diuina & mirabili quadam circumductione, fames enim occaſio fuit euentuum quos antea ſomniauerat Ioſeph. Nam fratres Ioſeph, pro emendis frugibus, in Aegyptum ueniunt, agnoſcuntur & tentantur ab eo. Simeon in carcerem conijcitur, redeunt ad patrem pro Beniamin ſecum in Aegyptum deducendo, ſed pater dolens, filium eô deducendum eſſe negat. Hic ergo ſequitur euentus ſomniorũ Ioſeph, in hoc quod

ſtatres ipſius eum adorauerunt. Sic non eſt conſilium contra Dominum.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori tentat fratres ſuos Ioſeph. In altera peccatum ſuum, urgente mala conſcientia, fratres Ioſeph agnoſcunt, & commeritam pœnam ſe pati confitentur.

Loci præcipui ſunt.

De immutabili ac irrefragabili conſilio & uoluntate Dei.

Iniuſti hominum conatus interdum non procedunt ſed ā Deo impediuntur.

Deus hominum conſilia et conſpirationes interdum ad ſuam gloriam conuertit.

Magnanimitatis eſt, non reddere malum pro malo.

Vexatio dat intellectum.

Conſcientia mille teſtes.

Peccatum dormit in foribus ad reuelandum.

De Philoſtorgia & dolore parentum pro liberis.

Videns autem) Prima pars Capitis de profectione & tentatione fratrum Ioſeph, & locus, quod conſilium Dei manet irrefragabile. Ioſeph enim ā fratribus adoratur, iu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

xta ſomniorum ipſius interpretationem.

Cumq; adoraſſent) Locus de magnanimitate, quæ eſt uirtus heroica ſeu principum, uidelicet non reddere malum pro malo, ſed iniuriarum obliuiſci et parcere uictis, ſicut hic Ioſeph iniuriam fratribus non retulit.

Recordatus ſomniorum) Locus quòd uexatio dat intellectum, Hic enim tentantur & uexantur fratres Ioſeph, ut ueniant in cognitionem & agnitionem ſui peccati, deinde ut ſentiant magnanimitatem & fraternum amorem Ioſeph. Ideo fratres durè alloquitur inculpans eſſe exploratores. Deinde eos carceri includit triduo. Poſtremo Simeonem ligatum cuſtodiens, reliquos à ſe frumento proprijſq; pecunijs onuſtos domum dimittit, Omnia huc tendunt, ut Deus uerax eſſe comprobetur, homo uerò mendax.

Et locuti ſunt) Secunda pars capitis de agnitione & confeſſione peccati, ſic urgente eos ſua conſcientia, quia fratrem olim uendiderant.

At illi portantes fru:) Locus quòd agnito peccato, dolor ac triſticia ſpiritus magis ac magis augetur. Fratres Ioſeph domum redeuntes ex pecunia in ſaccis inuenta ma-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

gis terrentur & pœnam uenditionis fratris à Deo immiſſam ſentiunt, ut eſt conſcientia mille teſtes.

Dixit pater Iacob) Concluſio capitis, & locus, quòd agnito peccato terrores & dolores undiq; conſcientiam inuadunt. Hic iterum apud patrem hærent filij propter denegatum Beniamin. Porrò deducere canos ad inferos cum dolore, ſignificat ex dolore mori & ſepeliri.

SCHOLIA IN XLIII. CAPVT.

Continuat Moſes hoc capite narrationem de ſeruato & exaltato Ioſeph. Redeunt enim fratres ad Ioſeph cum Muneribus adducto ſecum Beniamin, & ſtatim educitur Simeon ê carcere, qui ſimul omnes iterum atq; iterum adorant Ioſeph, ut appareat reipſa ſomnium ipſius expletum eſſe. Caput patheticum propter afflictiones Iacob & fletum Ioſeph.

Diuidatur autem in duas partes. In priori deſcribit afflictiones Iacob in ſenectute ſua. In altera reditum fratrum Ioſeph in Aegyptum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

De afflictionibus ſanctorum.
Pios alit Deus tempore famis & ſaturantur.
De muneribus.
De iuſticia in contractibus.
Mala conſcientia ſemper eſt ſuſpicax.
De ueritate promiſſionum diuinarum.
De amore fraterno.

Interim fames) Prima pars Capitis de afflictionibus Iacobi Patriarchæ. Multis enim modis affligitur in ſenectute ſua. Nam & fame laborat, & propter filios anguſtiatur, maximè propter Beniamin in Aegyptum abducendum, ut eſt uita ſanctorum tentationibus refertiſſima.

Si ſic neceſſe eſt) Locus de muneribus, quibus irati hominum animi leniri ſolent, ut ſuprà cap. 33. de muneribus Iacob.

Pecuniamq; duplicem) Locus de iuſticia in contractibus. Iuſtus enim Iacob pecuniam relatam iterum in Aegyptum deferri iubet.

Tulerunt ergo) Secunda pars Capitis de reditu fratrum Ioſeph in Aegyptum.

Ibiq; exterriti) Mala conſcientia ſemper eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

eſt ſuſpicioſa, perterrefit ad ſonitum uolantis folij, de ſe putat omnia dici. Sæpè ſic perterrefacta prodit ſeipſam, ſicut hi fratres aliquid mali de Ioſeph ſuſpicantur, quem etiam calumniatorem inter ſe inuicem uocant, cum ipſe præceperit inſtrui prandium eis.

Igitur ingreſſus eſt Ioſeph) Locus de ueritate promiſſionum Dei, Bis hic adorant Ioſeph, hoc eſt, incuruantur ante eum, quem etiam dominum uocant, & ſe ſeruos illius.

Attollens autem Ioſeph) Locus de fraterno amore & affectibus in ſanctis. Commouentur uiſcera Ioſeph ad intuitũ & præſentiam Beniamin adeoq; lachrymæ erumpunt.

SCHOLIA IN XLIIII. CAPVT.

Et hoc capite uexat Ioſeph fratres ſuos ante ſui reuelationem, ut eo magis poſt reuelationem intelligant ipſius magnanimitatem, & cum eõ maiori gloria domum ad patrem ſuum redire poſſint. Abſconſo enim & deprehenſo Scypho in ſacco Beniamin arguit eos furti. Iudas uerò excuſans facit ſe obſidem pro fratre.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Pro diuiſione capitis principalis locus obſeruandus eſt, quòd omnes fratres corruunt in terram, in conſpectu Ioſeph, quòdque Iudas in toto ſermone, Ioſeph dominum uocat, ſe uerò ſuoſq; fratres & patrem ſeruos, ut uoluntas diuinæ prouidentiæ impleretur, quemadmodum in ſomnis prędicta fuit.

Loci præcipui ſunt.

1. Securæ conſcientiæ, legis terroribus opus habent, ut ad ueram agnitionem peccati ueniant.
2. Varijs afflictionibus inuitantur peccatores ad pœnitentiam.
3. Lex ad deſperationem ducit infirmata per carnē, ſi non ſit remiſſio peccati.
4. Mala conſcientia, per legem perterrefacta, ſe excuſare nititur.
5. Homo capitur in ſua aſtutia, ut piſces hamo capiuntur, & laqueis uolucres.

Præcepit autem) Locus de magnanimitate & liberalitate principum.

Scyphum autem) Locus legis, quòd uexatio dat intellectum, quòdq; neceſſe eſt conſcientiam peccatorum nouis ſubinde terroribus ad pœnitentiam commoueri, quod hic Ioſeph in fratribus ſuis efficere conatur. Sic Deus quoq; nobiſcum agit, ut

noſtri miſereatur. Augurari ſignificat hoc loco ſimpliciter diuinare, ſeu futura prædicere, quod eo tempore fiebat cum liberatione tanquam ſacrificio. Reliqua nihil habent difficultatis in hoc capite.

SCHOLIA IN XLV. CAPVT.

Hoc caput eſt iucundiſſimum & uerè Euangelicum, ut ſolet Spiritus ſanctus poſt terrores legis afflictas conſcientias Euangelio conſolari. Ioſeph enim hic ſe fratribus agnoſcendum præbet, mittitq; pro patre. Sic Dominus deducit ad inferos & reducit, Iacob enim in maximum luctum & mœrorem conijcitur, propter amiſſum chariſſimum filium, quem in ſenectute ex chariſſima coniuge genuerat, Sed hunc tantum mœrorem Iacob, Deus mirabilitet in ſummum gaudium & maximam conſolationem uertit, Nam amiſſus Ioſeph præſidio eſt parenti, fratribus & toti familiæ.

Pro diuiſione huius capitis obſeruandum eſt, quòd hic maxime propoſita eſt figura Chriſti, qui uenditur & in mortem conijcitur, reſuſcitatus uerò poſteaquam ſe Deo patri obtulit uictimam, exaltatur, ac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſedet ad dexteram Dei, ſummi Regis, regum omnium. Dominus cœli & terræ, non Aegypti tantum regens, gubernans, defendens, iuſtificans, ac ſaluans nos miſeros, quibus alioqui fame, id eſt, delictis noſtris pereundum erat.

Loci præcipui ſunt.

1. Euangelium optimo ordine legem ſequitur, conſolatio terrores.
2. Afflictis conſcientijs Euangelij concio gratiſſima eſt, & res ſummè admiranda.
3. Euangelium à morte ad uitam reuocat, à mœrore ad gaudium reducit.

Non ſe poterat) Locus de ſanctorum affectibus & amore fraterno. Ioſeph hic ſeſe fratribus fletu & uerbis præbuit agnoſcendum.

Dixit Ioſeph fratribus) Locus de conſolatione per Euangelium. Ioſeph enim hic concionatur fratribus Euangelium.

Feſtinate & aſcendite) Locus de amore & gratitudine erga parentes. Ioſeph uult citius patrem adduci cum uniuerſa familia in terram Goſen. Imò mandat patri ut ueniat in Aegyptum ſine mora.

Nunciate patri) Locus quod Euangelij concio plena eſt gaudio & conſolatione, uult

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uult hic Ioſeph patri ſuo denunciari per fratres, uniuerſam gloriam, ut conſoletur eum poſt tam diuturnam mæſtitiam.

Et gauiſus eſt Pha:) Locus de beneficentia & liberalitate Principum. Pharao non ſolum gaudet cum tota familia ſua de uentu fratrum Ioſeph, ſed uult eos onuſtos bonis, redire ad patrem Iacob, & illum cum tota uenire familia, ut optima terræ ſuſcipiant in Aegypto.

Ne iraſca: in uia) Ioſeph fratribus mandat, ne contendant inter ſe redeundo domũ, Beati pacifici &c.

Qui aſcendentes) Concluſio capitis de reditu fratrum Ioſeph in terra Canaan, ubi denunciant patri uiuere Ioſeph, & dominum eſſe Aegypti.

Quo audito) Locus de fide, quòd ſit res admodum difficilis, & quod pauci credunt Euangelio. Iacob hic audiens de Ioſeph, ſtatim credere non potuit, ſed ſignis imperantis filij Ioſeph uiſis, reuixit ſpiritus eius.

SCHOLIA IN XLVI. CAPVT.

Quod Deus cum tentatione, prouentum faciat, ut inquit Apoſtolus, & Sanctis ſuis

ſuis duplicia reddat, exemplum eſt hic in Patriarcha Iacob. Is enim per omnem uitam ſuam mirum in modum tentatus eſt, multaq; aduerſa, domi & foris tulit, quæ omnia nunc in ſenectute maximum in gaudium conuertuntur, poſtquam ei nunciatum eſt, filium ſuum Ioſeph adhuc ſuperſtitem eſſe. Cumulatur enim multis bonis, admonitus & confortatus per uiſionẽ à Deo, pergit ad Ioſephum in Aegyptum. Ioſeph pro ſua, erga parentes, filiali reuerentia, patri lætus occurrit, amplectitur Senem, & præ gaudio lachrymas profundit. Interim Genealogia Iacob hoc capite deſcribitur & Catalogus eorum, qui cum eo deſcenderunt in Aegyptum.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt impletam eſſe hic prophetiam, quæ ſupra cap. 15. à Deo facta eſt Abrahæ, ubi promittitur terra Canaan. Sed prædicitur poſteros Abrahæ, fore peregrinos, priuſquàm terram promiſſam occuparent & 400 annos ſub duro iugo ſeruituros.

Loci pręcipui ſunt.

Dolor piorum in gaudium ſubinde conuerti ſolet.

Deus in ſe ſperantes non deſerit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Deus ex ſolitarĳs magnas interdum familias facit, Pſalm. 68.

Deus in promiſſionibus uerus eſt, et neminem fallit.

Profectuſq; Iſrael) Locus de conſolatione & promiſſionibus. Deus enim Iacob in Aegyptum proficiſcentem conſolatur, & promiſſiones renouat.

Hæc ſunt autem nomina) Locus de benedictione & multiplicatione prolis & poſteritatis. Iacob qui ſolus in baculo tranſiuit Iordanem, nunc deſcendit in Aegyptum cum 70 animabus, quæ familia ſic in Aegypto multiplicata eſt, in medio inimicorum ſuorum, ut Iſraelitæ, qui poſt ducentos annos exierunt ex Aegypto, fuerint ſexies centum millia hominum. Exod. 12.

Quo cum perueniſſet) Locus de reuerentia erga parentes. Ioſeph ad regni faſtigia in Aegypto euectus ſenem patrem non aſpernatur, nec ex alto deſpicit, ſed iuncto curru uenit obuiam patri.

Dixitq; pater) Locus de philoſtorgia parentum. Si figuram reſpiciamus, ſimile quid in noſtro Ioſeph, Lucæ 2. factum eſt. Venerando ſene Simeone dicente, Nunc dimitte ſeruum tuum &c.

Scho-

SCHOLIA IN XLVII. CAPVT.

Proſequitur Moſes hiſtoriam de deſcenſu Iacob in Aegyptum, ſcilicet quomodo ſit exceptus à Pharaone. Poſtquam enim Ioſeph nunciauerat Pharaoni patris ſui aduentum, introducitur Iacob ad Pharaonem, & datur ei terra Goſen, ubi fame creſcente & ingraueſcente. Ioſeph alebat omnem domum patris ſui, interim dum Aegyptiorum pecudes, agri, domos & perſonæ per Ioſephi prudentiam Pharaoni uendebantur, & in ſeruitutem redigebantur. Iacob uerò benè habuit in ſenectute per filium, & moriturus adiurauit filium de Sepultura. Sic pius non metuit cum plaga futura nunciatur, ſiquidem cor eius conſtanter ſperat in Dominum, Pſal. 112. Et in tempore famis pĳ ſaturabuntur, Pſal. 37.

Caput in duas partes diuidatur. In priori tota familia Iacob à Pharaone propter Ioſeph acceptatur. In altera tota Aegyptus in fame per eundem Ioſephum ſaluatur.

Loci præcipui ſunt.

1. De pietate erga parentes.
2. De condonatione iniuriarum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

3. De beneficentia & liberalitate principum.
4. De breuitate & calamitate humanæ uitæ.
5. De cruce, quod ſit pœna peccati.
6. De ueneratione miniſtrorum uerbi.
7. De ſepultura piorum reuerenter et piè facienda.

Ingreſſus ergo Ioſeph) Prima pars capitis de Iacob, quòd ſit humaniter à Pharaone exceptus.

Pater meus) Exemplum pietatis in Ioſeph, erga patrem, fratres & totam domum ſuam cum ipſorum neceſſitati proſpicit, quanquàm malè de ſe meritis. Preterea egregium exemplum hic eſt propoſitum, condonandas eſſe iniurias, neq; enim cum poſſet, ſeſe ulciſcitur, ſed pro ſumma iniuria maximum beneficium reddit fratribus.

Dixitq; Rex ad Ioſeph) Locus de munificentia & liberalitate Principum, quorum officium eſt, non ſecus ac parentum proſpicere neceſſitatibus ſubditorum tanquàm liberis. Bonus enim Princeps nihil diſtat à bono patrefamilias.

Qui benedicens illi) Locus de breuitate & calamitate humanæ uitæ. Nihil enim aliud eſt, quàm miſera quædam peregrina-

tio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tio.2.Corinth.5. Nam non habemus hic ciuitatem manentem &c. Ebre.ultimo.

In tota enim terra) Secunda pars capitis de ſeruitute Aegyptiorum. Durum eſt quidem, quod tota Aegyptus redigitur in ſeruitutem, Sed uidetur hæc crux impoſita propter peccata populi, ut ſunt peccati pœnæ, bellum, fames, peſtis, ſeruitus &c.

Præter terram Sacer.) Locus de ueneratione miniſtrorum uerbi ſeu de uenerandis miniſtris uerbi, quos cum Pharao homo Ethnicus uoluerit eſſe immunes á communibus totius Aegypti oneribus, quanto magis à Chriſtianis honos debetur miniſtris uerbi.

Pone manum tuam) Myſterium, quod Ioſeph ſuper femore patris ſui Iacob iurat, nempe quòd Chriſtus eſſet naſciturus ex Abraham, Iſaac & Iacob. Præterea locus eſt hic de ſepultura piorum reuerenter & piē facienda. Pariter & de promiſſionibus Dei &c.

SCHOLIA IN XLVIII. CAPVT.

Sequitur inſtitutio Teſtamenti Iacob morituri & benedictiones filiorum. Iacob enim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ægrotat, et dum à Ioſeph filio uiſitatur, adoptat ſibi filios ipſius, Ephraim & Manaſſe, quos etiam proprijs filijs ſuis comparat & eis benedicit. Ideō computantur in Tribubus Iſrael, uide ſupra in cap. 41.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, hoc præcipuē in benedictione Ephraim & Manaſſe, quod de Angelo dicit. Angelus enim, qui ipſum ab omnibus malis liberauit, nullus alius eſſe poteſt, quàm filius Dei, qui ab omnibus malis, id eſt, à peccatis, morte, Satana, lege & omnibus alijs miſerijs, ſolus humanum genus liberat.

Loci præcipui ſunt.

1. De pietate erga parentes.
2. De uiſitatione ægrotorum.
3. De gratiarum actione.
4. De adoptione.
5. De promiſſionibus.
6. De benedictione Patriarcharum.
7. De conſuetudine Dei agendi cum ſuis.

His itaq; tranſacti:) Locus de pietate erga parentes. Ioſeph uiſitat ægrotum patrem.

Dictumq; eſt Iacob) Locus de uiſitatione ægrotorum, qua ægroti ualdè confortantur.

Et dixi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Et dixit Iacob) Locus de gratiarum actione & agnitione beneficiorum & promiſſionum Dei.

Duo ergo filij) Locus de adoptione, Ephraim enim & Manaſſes ordinantur in tribus Iacob, ut ſint ſicut Ruben & Simeon.

Qui extendens manum) Locus de conſuetudine agendi cum ſuis electis, agit enim ſecundum gratiam, non ſecundum prærogatiuas hominum, ut hic Ephraim natu minor conſtituitur ante Manaſſen primogenitum in benedictione. Vide ſimilem locum ſupra cap. 27. de Eſau & Iacob, Deus humilia reſpicit.

Benedixitq; Iacob) Locus de benedictione Patriarcharum, quæ fuit quædam Euangelica annunciatio, qua poſteris ſuis læta & proſpera precabantur, utq; in uerbo, in timore Dei, & fide conſeruarentur.

Videns autem Ioſeph) Locus, quòd homo quidem proponit Deus autem diſponit omnia pro ſua bona uoluntate. Ephraim enim inuito Ioſeph, in regnum aſſumptus eſt, & ſemper maior Tribu Manaſſe numero & potentatu fuit.

Et ait Iſrael) Locus de Teſtamento, ſeu teſtatoris, hoc eſt, hominis morituri extrema uoluntate. Porrò Sichem intelligit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quam per filios ſuos abſtulit Amorræis, Gen.34. Iohan.4. ubi & Ioſeph poſtea ſepeliri uoluit, ut effectus oſtendit Ioſ.24.

SCHOLIA IN XLIX. CAPVT.

Pertinet & hoc caput ad Teſtamentum Iacob. Continet enim prophetiam Iacob, quid euenturum ſit ſingulis filijs, hoc eſt, Tribubus Iſrael, quorum patres & fratres ſunt filij Iacob, & continentur in hac prophetia multa & magna miſteria. Nam Iacob ſingulis benedictionibus prædicit inſignes euentus. Deinde eligit ſibi ſepulturam & moritur.

Caput in duas partes diuidatur. In priori, quid decem filijs. In altera, quid ſeorſum duobus filijs Ioſeph & Beniamin euenturum ſit prædicitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De duodecim Tribubus Iſrael.
2. De pœna adulterij.
3. De pœna homicidij.
4. De tempore ueteris Teſtamenti.
5. De aduentu Meſſiæ.
6. De regno Chriſti & doctrina Noui Teſtamenti.

Vo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Vocauit autem Iacob) Prima pars Capitis de benedictionibus decem filiorum ſeu Tribuum Iſrael, ut enumerantur ſupra cap. 29. 30. & 35. Porrò Iacob ex Spiritu ſancto edoctus, ueteris Teſtamenti ſeriem & progreſſum, uſq; ad Chriſti aduentum, adeoq; regnum Chriſti, quale futurum eſſet, hoc capite prædicit, Origine ab his duodecim Tribubus ducta, quæ omnia, quia iam dudum impleta ſunt, facilē intelligi poſſunt. Præcipua uerō prophetia de Iuda eſt, & confirmat nobis incarnationem Chriſti, ex circumſtantia temporis. Non auferetur ſceptrum de Iuda &c.

Ruben Primogenitus) Prima benedictio ad Ruben, & locus de pœna libidinis. Porrō ipſi Ruben debebatur ex iure primogenituræ, Sacerdotium & Regnum, ſed utrumq; eſt ei ſublatum. Nam Sacerdotium ad Leui, & Regnum ad Iuda translatum eſt, quia Ruben dormiuit cum Bilha, concubina patris, Gen. 35. Enumerat Iacob quinq; prærogatiuas ipſius Ruben, quas ei ſtatim derogat &c. uide 1. Paral. 5.

Non creſcas) Hoc uerum teſtatur liber Numerorum & liber Ioſue. Nam Rubenitæ ſeruierunt reliquis Tribubus, pugnando

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

& occupando terram Canaan, uide Nume. 32. Ioſ. 1. uide etiam Deut. 3.

Simeon & Leui) Secunda benedictio ad Simeonem & Leui, & locus de pœna homicidij.

Diuidam eos) Vide Ioſ. 19. & 1. Paral. 4. quod Simeonis poſſeſſio fuerit in medio Tribus Iuda. Et de Leui uide Num. 18. & 35. Item Ioſ. 13. quod non accepit aliquam ſortem ut reliquæ tribus, ſed Leuitis aſſignabantur urbes ex poſſeſſione filiorum Iſrael, item Decimæ.

Iuda te laudabunt) Tertia benedictio ad Iuda, quæ eſt præclariſſima, includens in ſe ſpiritualem, de Semine benedicto promiſſionem & benedictionem æternam, & utrumq; regnum corporale & ſpirituale. Vt Chriſtus naſceretur, & populus Iudæorum ex Iuda ſortiretur appellationem, & regnum in Iuda perduraret uſq; ad meſſiam.

Manus tuæ) Hæc in Dauide Rege ſic impleta eſſe teſtantur hiſtoriæ in ſecundo Samuelis Libro de uictorijs Dauidis.

Non auferetur) Inſignis prophetia de tempore uenturi Meſſiæ in carnem, quę cōpleta eſt tempore regnantis Herodis Aſcalonitæ, Tunc enim ſceptrum Iuda prorſus abla-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ablatum fuit, quod etiam poſt Babyloni-
cam captiuitem, per eos, qui ex Tribu Iu-
da prodierant, ut Zorobalem & alios
una cum doctrina Prophetarum permanſit,
cum hæc promiſſio de Chriſto naſcituro ex
tribu Iuda, facta ſit ante Chriſtum natum
mille & ſeptingentis annis, Hic enim eſt
Leo, uictor de Tribu Iuda, de quo Iohan:
in Apocalyp: Porrò uarijs interpre-
tum opinionibus de hac uoce Silo præter-
miſſis, hanc unam & ueram ſignificatio-
nem retinebimus, quod Silo ſignificat eum
cui omnia proſpere ſuccedunt, & qui ut for
tis gigas ad uictoriam ſpiritu & fide per-
rumpit, hunc Silo conſtat eſſe dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum, qui fœliciter ad
reſurrectionem perrupit & uictoriam ad-
uerſus peccatum, mortem & Diabolum ob-
tinuit ac reportauit.

Et ad eum erit) Locus de uocatione gen-
tium in nouo Teſtamento.

Ligans ad uineam) Locus de regno Chri
ſti, quod hic deſcribitur & doctrina Euan-
gelij, quæ hic optimo uino comparatur,
Deq; Iudæis & gentibus per uerbi miniſte-
rium ad fidem uocandis.

Zabulon in lit:) Quarta benedictio ad
Zabulon. Porrò quæ ſequuntur benedi-
ctiones

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ctiones omnes ſunt temporales, & de populo Iudaico. Porrò de Zabulon uide Num.1. Ioſ. 19. Zabulon ſors tertia cecidit. Eſai.9.& Matth.4.Terra Zabulon.

Iſaſchar aſinus) Quinta benedictio ad Iſaſchar, quod habitet quidem in terra bona, ſed tributarius interim erit. Vide Iſaſchar Nume.1. Ioſ.19. Iſaſchar ſors quarta egreſſa eſt.

Dan Iudicabit) ſexta benedictio ad Dan, quam Samſonem impleuiſſe teſtatur liber Iudicum cap.12.

Salutare tuum) Pathetica uerba Iacob, q.d. hæ terrenæ promiſſiones uenient apud poſteros meos in abuſum, ideo tuam ſalutem, tuam redemptionem & tuum Meſſiam expecto domine. Locus com: quòd ad cœleſtia ſemper aſpirare debemus.

Gad accinctus) Septima benedictio ad ad Gad, quæ completa eſt Ioſ.1. quando Gaditæ proceſſerunt ante filios Iſrael.

Aſer pinguis pa:) Octaua benedictio ad Aſer quod habiturus eſſet fertilem terram, & delitias frumenti. Vide Deut.33. Aſer benedictus.

Nephtalim) Nona benedictio ad Nephtalim, quæ completa eſt per Delboram & Barach Iudicum. 5.

Filius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Filius accreſcens) Secunda pars capitis de benedictione Ioſeph & Beniamin. Porrò benedictio Ioſeph concernit Regnum Iſrael, quod dictum eſt etiam regnum Ephraim apud Prophetas propter Ephraim & Manaſſen, filios Ioſeph, qui ſurrogati ſunt in locum Leui, inter duodecim Tribus, Et multi Reges in Iſrael ex Ephraim prouenerunt, ſicut reges in Iuda ex ipſo Iuda, cum hac tamen differentia, quòd regnum Iſrael ſeu Ephraim fuerit corporale & temporale tantum, Regnum uerò Iuda corporale & ſpirituale, ut benedictio ſuper Iuda fuerit ſpiritualis, ſuper Ephraim uerò temporalis tantum. Porrò de Ioſeph & filijs eius uide Ioſ. 14. 16. 17. & 1. Paral. 5. quod Ioſeph aſſecutus eſt pro ſuis filijs primogenituram Iſraelitarum. Vide etiam Eccleſiaſt. 49. Sapient. 10.

Beniamin lupus) Decima benedictio ad Beniamin, quæ completa eſt in Rege Saule, & in ciuibus Gabaon Iudicum 20. Quidam hic ad diuum Paulum reſpiciunt qui dixit ad Senatum ex tribu Beniamin Philip. 3.

Hæc locutus eſt eis) Concluſio capitis & harum benedictionum de morte & ſepul-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

pultura Iacob, ubi locus com: eſt de fide promiſſionum Dei. Volebant enim Patriarchæ ſepeliri in terra Canaan propter utramq; promiſſionem. Vide Tabulas meas ſuper hoc caput.

SCHOLIA IN L. SEV VLTIMVM CAPVT GENESEOS.

Moſes hoc Capite ſepulturam Iacob & mortem Ioſeph deſcribit. Quanquam Iacob in terra Canaan ſepelitur, tamen exequiæ ſecundum conſuetudinem Aegypti celebrantur, & apparatus ille ſeu Pompa funebris non abſoluitur ante quadrageſimum diem.

Caput in duas partes diuidatur. In priori, ſepultura Iacob. In altera mors Ioſeph deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De publica & laudabili conſuetudine in ſingulis locis ſeruanda.
2. De ſepultura mortuorum.
3. De luctu pro mortuis.
4. De condonatione iniuriarum.
5. De prouidentia Dei.

6. De reddendo bono pro malo.
7. De benedictione prolis.
8. De fide promiſſionum.

Præcepitq; ſeruis) Prima pars capitis de ſepultura Iacob,& locus com: de conſuetudine uniuſcuiuſq; terræ ſeruanda, modo nihil habeat impietatis, ut hic Ioſeph Aegyptiorum conſuetudinem in exequiarum celebratione & ſepultura patris obſeruat. Peccare autem in conſuetudinem eſt contra publicam honeſtatem peccare.

Fleuitq; eum Aegyptus) Locus de luctu pro mortuis obſeruandus contra eos, qui cenſent non lugendum eſſe pro mortuis, aut caſum parentum aut amicorum non dolendum.

Locutus eſt Ioſeph) Egregius locus & peculiare exemplum de mortuis ſepeliendis.

Reuerſusq; eſt) Secunda pars capitis de reliqua uita Ioſeph, poſt mortem patris & de morte ipſius Ioſeph.

Quo mortuo) Egregius locus condonandas eſſe iniurias. Ignoſcit enim fratribus deprecantibus culpam Ioſeph, & planè omnem uindictam eijcit & delet ex animo.

Vos cogitaſtis) Locus de prouidentia diuina.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Vixitq́ʒ Ioſeph) Locus de benedictione prolis, iuxta illud in Pſal. 128. Et uideas filios filiorum tuorum.

Quibus tranſactis) Locus de fide promiſſionum diuinarum, ut in fine ſuperioris capitis.

Tantum de libro Geneſeos, cum ſuis ſex partibus, iuxta annos Patriarcharum, ut ſuprā in diuiſione libri, cumq́ʒ ſuis præcipuis locis, de creatione, de lapſu hominis, de diluuio. Nec non exemplis fidei, charitatis & pacientiæ &c. præter hoc, quòd ſit liber promiſſionum diuinarum, & fundamentum totius ſacrę ſcripturæ, Veteris & Noui Teſtamenti.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN EXODVM.

DE TITVLO.

EXODVS uox Græca pariter & Latina, ab exeundo nomen habet, propter exitum filiorum Iſrael de Aegypto, quem Moſes hoc libro deſcribit, ut ingens, memorabile & miraculoſum Dei erga ſuos Iſraelitas beneficium, unde etiam Deus ab illis glorificari uoluit, dicens, Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti.

Continet autem hic ſecundus liber Moſi, Primum narrationem, quomodo populus Iſrael in terra Aegypti creuerit, & magna ſeruitute oppreſſus fuerit, iuxta hanc Dei prophetiam Abrahæ factam, Geneſ. 15. quæ ſic ſonat. Scito prȩnoſcens, quod peregrinum ſit futurum Semen tuum in terra non ſua, & ſubĳcient eos ſeruituti & affligent quadringentis annis, ueruntamen gentem, cui ſerui turi ſunt, ego iudicabo, & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia. Hanc ſeruitutem & oppreſſionem comme-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

morat Moſes in hoc libro. Deinde quàm mirabiliter & quot editis miraculis ex ſeruitute Aegyptiaca per Deum populus Iſrael ſit liberatus. Poſtremo quomodo 40 annis hunc populum Deus in deſerto ſua benignitate gubernauerit & aluerit, dederit Legem, inſtituerit Sacerdotium, Politiam & Eccleſiam, omnia propter Chriſtum, ut fuit Lex pædagogus ad Chriſtum.

Diuidatur hic liber in Sex partes principales. Prima pars de uocatione Moſi uſq; ad 7 caput. Sub hac parte, 1. Natiuitas. 2. Occultatio. 3. In aquam proiectio. 4. Adoptio. 5. Homicidium. 6. Fuga. 7. Coniugium. 8. Vocatio. 9. Expoſtulatio Moſi cum Pharaone, continentur.

Secunda de decem Plagis Aegypti, uſq; ad 12 caput. Sunt ergo plagæ. 1. Sanguis. 2. Ranæ. 3. Pediculi. 4. Muſcæ. 5. Peſtis ferarum. 6. Vlcera ueſicarum. 7. Grando. 8. Locuſta. 9. Tenebræ. 10. Mors primogenitorum. Verſiculus.

Sanguis, rana: pedi: muſ: peſt: ul: gran: lo: te: mors pri:

Tertia de liberatione populi Iſraelitici ex Aegypto uſq; ad 16 caput. Hic 1. Celebratio paſcæ. 2. Tranſitus Angeli. 3. Profectio populi. 4. Perſecutio Pharaonis. 5. Diuiſio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uiſio maris. 6. Tranſitus populi. 7. Submerſio Pharaonis. 8 Canticum populi.

Quarta. De profectione populi Dei per Deſertum, uſq; ad 20 caput. In hac 1. Murmuratio populi. 2. Coturnicum copia. 3. Man. 4. Aqua de petra. 5. Bellum contra Amalech. 6. Oratio Moſi. 7. Informatio Moſi per Ietro. 8. Præparatio populi ad accipiendam Legem in monte Sinai.

Quinta. De Lege decalogi & alijs legibus iudicialibus ceremonialibus Moſi, uſq; ad 36 caput. In hac 1. De uero cultu Dei. 2. Honorandis parentibus, pœna homicidij, furti, defenſio pauperum, munera fugienda, noua fœdera, figura Tabernaculi, arcæ Altaris, ueſtium ſacrificiorum &c. uitulus aureus, fractio tabularum, renouatio &c.

Sexta de extructione & erectione Tabernaculi, uſq; ad finem libri. Hic artifices

ædificant { Arcam
Cherubin
Candelab:
Menſam } { Altare, parantur oleum, ueſtes &c.

Loci præcipui ſunt.

1. Deus deducit ad inferos & reducit.
2. Quicunq; uolunt piè uiuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

3. Deus nouit ſuos ē tentationibus eripere.
4. Impios finaliter Deus perdit.
5. Deus differt ſuas promiſſiones, ut fides interim exerceatur.
6. Deus in promiſſionibus uerax eſt.
7. Per Legem fit cognitio peccati.
8. Lex eſt pædagogus ad Chriſtum.
9. Clemens eſt Deus erga afflictos, ira uero commotus et ſeuerus erga impœnitentes.
10. De fide, timore & obedientia Dei. De quibus ſingulis ſuo loco.

SCHOLIA IN PRIMVM CAPVT.

Summa primi capitis eſt enumeratio filiorum Iſrael, Tyrannis noui Pharaonis & obſtetricum pium conſilium in occultando quod dici non oportebat.

Diuidatur in duas partes. In altera populi Iſrael oppreſſio per nouum Pharaonem. In altera deſcribitur eorum interfectio & ſubmerſio.

Loci præcipui ſunt.

1. Nihil citius quām gratia ſeneſcit.
2. Eccleſia multiplicatur in cruce.
3. Satan Eccleſiam opprimere nō deſinit.

4. Pio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. Piorum defenſores & fautores à Deo benedicuntur.

Hæc ſunt nomina) Prima pars libri uſq; ad 7 caput de uocatione Moſi, Deinde prima pars capitis de oppreſſione filiorum Iſrael in Aegypto, iuxta prophetiam Dei Geneſ. 15. Porrò Catalogum hunc familiæ Iacob uide ſuprà Gen. 46.

Quo mortuo) Impletio prophetiæ Dei, quæ eſt Gen. 15. Sic erit ſemen tuum, & locus de certitudine promiſſionum diuinarum.

Surrexit interea) Impletio prophetiæ huius, Gen. 15. Subijcient eos ſeruituti, affligent &c. et locus ubi Aegyptij omnium beneficiorum Ioſeph obliti, eius progeniem & poſteritatem opprimunt, docet uerum eſſe, quod communi prouerbio dicitur. Nihil citius ſeneſcere quam gratiam. Porro colligitur ex hiſtoria, crudele hoc Pharaonis edictum, de necandis Ebræorum infantibus, exijſſe, poſtquàm à morte Ioſeph effluxerant ultra 50 annos à deſcenſu uero in Aegyptum anni centum triginta.

Et ait ad populum ſuum) Locus de Tyrannide, cuius ſpecies aliquot multæ ſequuntur uſq; ad 12 caput.

Quantoq; oppri:) Locus, quòd non ſit con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

conſilium contra Dominum, quōdq; conatus impiorum fruſtranei &c. conſolatorium hoc omnibus pijs. Quemadmodum enim filij Iſrael, quo magis puniuntur, eo magis creſcunt: Ita Eccleſia, quo maiores ſunt afflictiones & perſecutiones, eo magis multiplicatur, iuxta dictum Vincentij Martyris, Sanguine Chriſtianorum multiplicatur Eccleſia. Et Tertulianus inquit, Sanguis Martyrum eſt ſemen Chriſtianorum, Id etiam hodierno die uerum eſſe teſtatur ipſa experientia.

Dixit autem Rex) Secunda pars capitis, de interfectione filiorum Iſrael per Obſtetrices & ſecunda ſpecies Tyrannidis Pharaonis, quōd obſtetrices iubentur occidere maſculos et obſeruare fœminas, quōd ſummè tyrannicum eſt, nempe ſæuire in Infantes.

Timuerunt autem) Locus de Timore Dei, quōdq; magis oporteat obedire Deo, quām hominibus. Item de officioſo mendacio. Obſtetrices enim Deum timentes, non obediunt Regi, ſed excuſant ſe officioſo mendacio, de omiſſa crudelitate iniuncta.

Bene ergo fecit) Locus de præmio pietatis & obedientiæ Dei. Obſerua ex hoc loco benedici eis, qui pios tuentur, fouent

&

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

& adiuuant. Porrò domus hic pro familia accipitur, & uidetur hæc benedictio Dei, ex Hebræo referri poſſe ad filios Iſrael.

Præcepit ergo Pha:) Sequitur tertia ſpecies Tyranndis Pharaonis de proiectione Infantum in aquam, & Paraſceue ad natiuitatem Moſi. Pharao proficit in peius, ſed non eſt conſilium contra Dominum.

SCHOLIA IN II. CAPVT.

Quemadmodum in Geneſi deſcribitur hiſtoria ſex Patriarcharum: Ita hic hiſtoria Moſi, quem Epiſtola ad hebræ: fidelem famulum in domo Domini fuiſſe teſtatur cap. 3. Quippe qui fuit dux populi Dei. Cuius uocationi præmittitur origo & natiuitas atque educatio ipſius hoc capite. Naſcitur enim ex pijs parentibus. Deinde fiſcella abſconditus in iunceto ponitur, liberatur, adoptaturq; & educatur à filia Pharaonis. Poſtremo, occiſo Aegyptio fugit, & in exilio ducit uxorem &c. Quæ omnia trahuntur in exemplum fidei. Ebræ: 11. Fide Moſes natus occultatus eſt.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori, quæ circa natiuitatem Moſi geſta

ſunt in Aegypto. In altera quæ ei acciderunt in exilio.

Loci præcipui ſunt.

1. Deus mirabiliter conatum & opera diaboli deſtruere ſolet.
2. Deus etiam pro Infantibus & paruulis curam & ſollicitudinem gerit.
3. Neſcit homo an odio aut amore illius cui benefacit, dignus ſit.
4. Fratrum quoq; gratia rara eſt.
5. De hoſpitalitate ſectanda.
6. Pios inuocantes Deus exaudit.

Egreſſuſq; eſt) Prima pars capitis, de ĳs, quæ circa natiuitatem Moſi geſta ſunt. Porro parentes Moſi fuerunt Amram & Iochabeth, ut patet infra cap. 6. & 26.

Et uidens eum eleg:) Occultatio Moſi, & locus de pietate et fide parentum. Ebrę. 11.

Cumq; iam celare) Expoſitio Moſi in aquam & locus de cruce & periculis piorum.

Ecce autem) Adoptatio & Educatio Moſi, & locus quòd Deus agit curam ſuorum, et eos in ſummis etiam periculis conſeruat. Sicuti hic Moſes in aquis expoſitus, ſeruatur mirabili ratione ab ipſa Pharaonis filia educatus. Sic Cyrus à Canicula nutritus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Remus & Romulus à Lupa. Semiramis ab auibus.

Quia de aqua) Ratio ab Etymologia uocabuli, quia Maſa ſignificat extrahere, inde Moſes dictus eſt, quia extractus eſt ex aqua.

In diebus illis) Homicidium Moſi. Quęritur hic an contra Quintum præceptum Moſes fecerit occidens Aegyptium. Sed reſpondendum eſt magnos ac diuinos motus talium ſanctorum eſſe ex zelo Dei, iuxta Primum præceptum, quod poſterioribus derogat. Sicut enim Chriſtus eijciens ementes & uendentes ex Templo, ait. Zelus domus tuæ comedit me. Et Elias zelo Dei interfecit Sacerdotes Baal. Ita hoc loco, ardens amore Dei & uidens iniuſta & tyrannica ſeruitute opprimi populum Dei ab Aegyptijs occidit Aegyptium. Aut caſus fuit legitimæ defenſionis, ut exiſtimo.

Et egreſſus die alt:) Locus de ingratitudine, iuxta illud Eccleſ: 6. 9. Neſcit homo, an odium, aut amorem proximi pro beneficio ſuo reportabit.

Timuit Moſes) Secunda pars capitis, de Moſe exule, & locus de exilio ſanctorum.

Erant autem Sacer:) Coniugium Moſi. Porro de patre uxoris Moſi diſſenſio eſt, an

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Reguel, an Binominis fuit, an Ietro ſit uocatus. Et cum ſit in Hebræo Reguel hoc loco, communior opinio eſt hic poni auum pro patre, quōdq; Reguel fuerit pater Ietro & auus harum uirginum, propter ea, quæ de Ietro ſequuntur infrà 18. cap.

Quare dimiſiſtis) Exemplum hoſpitalitatis. Gerſon, id eſt, peregrinus ibi. Eliezar, id eſt, Deus adiutor meus utrumq; ad afflictionem & fidem Moſi pertinet.

Poſt multum uero) Hic aliud exemplū propoſitum eſt in populo Iſraele oppreſſo tyrannide & inuocante Deum, quod ſcilicet Deus exaudit preces piorum.

SCHOLIA IN III. CAPVT.

Sequitur nunc ipſa Moſi uocatio, Quia enim Moſes, dux populi, ex Aegyptiaca ſeruitute futurus eſt. Ideo diuinitus ad hoc tantum officium ſingulari miraculo uocatur. Nam dum paſcit oues, uidit angelum Domini in rubro, mittitur ad filios Iſrael, & ad Pharaonem oppreſſorem illorum.

Pro diuiſione capitis obſeruandum ſingulariter illud diuinum nomen, pro conſolatione. Ego ero qui ero, Præterea, quod hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

hoc caput idem docet quod ſuperius, nempe, exaudiri gemitus & preces miſerorum, & Deum reſpicere & curare ſuos.

Loci præcipui ſunt.

1. De cura & ſollicitudine Dei erga ſuos.
2. De uocatione.
3. De fuga uocationis.
4. De miraculis.
5. De periculis & tentationibus in uocatione.

Moſes autem) Locus de uocatione. Moſes enim è rubo ardenti uocatur ad liberandum populum Iſrael ex Aegypto. Præmittuntur autem uocationi circumſtantiæ temporis, loci & perſonarum, iuxta uerſiculũ. Quis quid ubi &c. Adeoq; miraculum ingens, quo tanquam cœleſti teſtimonio Moſes de uocatione certificatur.

Moſes autem) Circumſtantia temporis.

Cumq; minaſſet) Circumſtantia loci. Horeb mons Sinai eſt in deſerto Arabiæ, de quo Deut. 1. 4. 9. & Pſal. 106. & 19. Ibi aqua de petra educta, ibi Lex data. Ibi uitulum fecerunt. Dicitur autem Horeb à feruore. Sinai uero à rubetis &c. Mons Dei, quia Deus illic ad Moſen locutus eſt. Mons Dei propter uerbum Dei.

Apparuitq; ei Angelus) Locus de miniſterio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

niſterio Angelorum. Loquitur Deus interdum ad homines per Angelos, & cum ſint miniſtri Dei, uox Dei eſt, uerbum Dei eſt, quod loquuntur. Ideo hic & Angelus & Dominus loqui dicitur.

Et uidebat quod Rub:) Sequitur miraculum Rubi ardentis in confirmationem uocationis.

Cernens autem) Locus de reuerentia erga uerbum Dei. Hoc enim ſignificat per ſolutionem calceamentorum. Et omnis locus in quo ſanctum Dei uerbum prædicatur, etiam ſanctus propter ipſum uerbum dicitur.

Et ait, Ego ſum) Locus attentionis.

Vidi afflict:) Narratio & cauſa uocationis impulſiua.

Sed ueni) Propoſitio ipſa nempe uocatio Moſi, cum ſua cauſa finali.

Dixitq; Moſes) Sequuntur aliquot obiectiones cum ſuis dilutionibus. Moſes enim aliquoties tergiuerſatur, cupiens uocationem declinare, ſicut Ionas, ut fit in grauioribus uocationibus, ubi pericula ſunt magna.

Qui dixit) Dilutio primæ obiectionis. Promittit enim ſuam præſentiam & addit ſignum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Et ait Moſes) Secunda obiectio. Dixit Dominus dilutio. Exponit enim nomen ſuum. Porro uerbum ſubſtantiuum, ſum, non eſt in Hebræo, ſed ipſius futurum. Ero, ut Ego ero qui ero, id eſt, nihil eſt, quõd dubites de meo auxilio, ego educam populum meum per te, ego puniam Aegyptum, ego mittam Filium &c. Me ſemper eundem inuenies, tuum eſt credere et hanc conſolationem accipere. Egregius locus. Tu uidebis in Aegypto, quòd ego ero qui ero, id eſt, me futurum eundem qui ſum, id eſt, Deum & auxiliatorem, populi mei omnipotentem.

Vade congrega) Declaratio uocationis per mandatum ad filios & ad Pharaonem. Iubet enim Deus Moſi, ut inculcet filijs Iſrael promiſſiones Patribus factas. Deinde prætexere debet coram Pharaone.

Sed ego ſcio) Prophetia de induratione Pharaonis.

Extendam) Paraſceue ad decem plagas Aegypti.

Et cum egredi:) Mandatum de ſpoliandis Aegyptijs. Et locus quod, Quod dominia rerum ſint principaliter Dei, & quod iuſte transferantur, cũ Deus expreſſo mandato iubet occupari.

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN IIII. CAPVT.

Hoc caput cohæret ſuperiori. Continet n miracula,quibus Moſi fides confirmatur. Nam ita ſolet Deus ſuis promiſſionibus & uerbo, ſingularibuſq; uocationibus addere ſemper certa ſigna ac miracula,quibus confirmetur fides & uocatio. Moſes igitur poſt multas tergiuerſationes accipit ſigna uocationis ſuæ,pergit in Aegyptum. Zephora uxor circumcidit filium Aharon,frater fit ei obuiam.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In altera colloquium Dei cum Moſe tandem abſoluitur. In altera uero ualedicit ſuo ſocero,pergitq; in Aegyptum.

Loci pręcipui ſunt.

1. De ſignis & miraculis.
2. De tergiuerſatione in uocationibus.
3. De eloquentiæ dono.
4. De clementia & induſtria Dei, in uocationibus.
5. De modeſtia.
6. De moroſitate muliebri.
7. De commendatione uocalis uerbi.
8. Quòd Euangelium excipitur quidem grato

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

grato animo, ſed ſtatim contemnitur & faſtiditur.

Reſpondens Moſes) Prima pars capitis de colloquio Dei cum Moſe.

Non credent) Tertia obiectio de incredulitate populi.

Dixit ergo ad eum) Dilutio tertiæ obiectionis per tria miracula, quæ iubet Moſen edere.

Ait Moſes) Quarta obiectio ab eloquentiæ carentia.

Dixit Dominus) Dilutio quartæ obiectionis. Ego dabo tibi os & ſapientiam &c.

At ille) Quinta obiectio per negationem ſimplicem & uocationis tergiuerſationem, quōd ſit impeditæ linguæ, id eſt, inidoneus ad tantam uocationem. Vbi uidemus carnis trepidationem, contra Spiritus promptitudinem in ſubeunda uocatione.

Iratus Dominus) Dilutio quintæ obiectionis ab eloquentia Aharonis, Quōd autem iraſcitur uide ſimilem iram Ionæ 1. 2.

Abijt Moſes) Secunda pars capitis de ualedictione ſoceri ſui & obedientia uocationis.

Dixit ergo Dominus) Repetitio mandati per occupationem. Simile uide Matt. 2.

de

de reditu Ioſeph ex Aegypto cum puero Ieſu defuncti ſunt omnes.

Tulit ergo Moſes) Locus de obedientia diuini mandati in uocatione.

Dixitq; ei) admonitio de diligentia præſtanda in uocatione.

Cumq; eſſet)Locus de cruce & tentationibus in uocatione ſubeunda. Moſes ex una parte Dei comminationem audit, ex altera, ſuæ coniugis inobedientiam & durum ſermonem. Hæc diſceptatio Moſi cum uxore de circumciſione uerbi Dei miniſtris & in politica adminiſtratione conſtitutis erit exemplo & conſolationi. Non enim fit ſine periculo factum magnum & memorabile.

Dixit autem) Admonitio Dei ad Aharon de fratre humaniter excipiendo.

Narrauitq; Moſes) Exequutio mandati diuini ſuperatis tentationibus & impedimentis.

Audieruntq;) Locus de gratitudine & gratiarum actione ſeu agnitione beneficiorum Dei.

SCHOLIA IN V. CAPVT.

Hucuſq; uocatio Moſi, ſequitur nunc uocatio-

cationis opus arduum & periculoſum. Moſes enim et Aharon aggrediuntur tyrannum Pharaonem. Populus uerò magis ac magis opprimitur, ita ut Moſes & Aharon etiam à populo Iſrael incuſantur.

Pro diuiſione capitis obſeruemus. Ex hoc capite natum eſſe prouerbium. Cum duplicantur lateres, tunc uenit Moſes, id eſt, cum electi deſtituti fuerint omni humano auxilio, tunc opem fert ipſe Deus, qui primum ad inferos deducit ſuos, deinde reducit, & quos uult exaltare primum deprimere ſolet.

Loci præcipui ſunt.

1. De operibus uocationis.
2. De tyrannide & oppreſſione.
3. De diuini auxilij dilatione.
4. De ingratitudine.

Poſt hæc ingreſſi) Locus de operibus uocationis Moſes & Aharon erga Deum præſtant, exponentes ſe uitæ propter fratres.

At ille. Quis eſt Dominus) Locus de tyrannide, quæ non patitur admonitionem, quin inde fiat deterior, ſicut hic Pharao ſaltem admonitus à Deo per Moſen & Aharon, afflictiones populi ſtatim auget, labores duplicando.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Præcepit ergo) Exemplum tyrannici principis. Et locus eſt. Eſtote contenti ſtipendijs ueſtris. Non imponantur onera ſubditis impoſſibilia. Reliqua in hoc capite nihil habent difficultatis.

Occurrerunt) Locus de ingratitudine & murmuratione. Populus ingratus murmurat contra Moſen & Aharon.

Reuerſuſq;) Locus de impatientia. Moſes expoſtulat cum Deo. Sic Iob, Ionas, Ieremias & ſimiles, quando Deus auxilium differt, ut fides exerceatur.

SCHOLIA IN VI. CAPVT.

Cũm etiam in Aegypto Moſes tergiuerſari diuinamq; uocationem á ſe reijcere conaretur maiori Dei teſtimonio fides ipſius confirmata eſt, nunc per mandata, nunc per promiſſionem liberationis. Hoc itaq; ſexto capite promittit Ebræis denuo liberationem, & mandatum dat Moſi, de educendo populo ad poſſidendam terram Canaan, propter promiſſionem factam Abrahæ, Iſaác & Iacob. His accedunt Genealogiæ Ruben,

ben, Simeon & Leui, unde orti ſunt Moſes & Aharon.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori promiſſio liberationis & mandatum de educendo populo. In altera Genealogia Moſi & Aharon deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De diuinis nominibus.
2. De fœdere diuino.
3. De terra Canaan.
4. De conſolationibus.
5. De impatientia.
6. De fuga uocationis.
7. De Genealogijs.

Locutuſq; eſt) Hic incipit Sextum Caput, & prima pars capitis de promiſſione liberationis & de mandato educendi populum ex Aegypto.

Ego Dominus) Locus de diuinis nominibus. Et obſeruandum eſt diuinum nomen El Sadai, quod ſignificat omnipotentiam Dei, frequens apud Patriarchas eſſe. Deinde nomen Iehoua, quod ineffabilem eſſentiam Dei ſignificat non incognitum fuiſſe eis. Deum enim bene cognouerunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Pepigi fœdus) Locus de fœdere diuino, uide Gen. 15. & 17. Porro quoties audimus fieri mentionem fœderis in ſcriptura, noſtri baptiſmi ſtatim admonemur, in quo Deus nobiſcum pepigit fœdus & ſe Deum noſtrum eſſe ſtipulatus eſt.

Vt darem eis ter:) Locus de terra Canaan, quæ fuit Patriarchis peregrinatio, Prophetis patria, Impijs pernicies & fidelibus figura futuræ beatitudinis.

Narrauit ergo) Locus de impatientia, qua pij inducti, magis reſpiciunt in præſentem calamitatem, quam ad auxilium & promiſſiones Dei.

Reſpondet Moſes) Locus de fuga uocationis. Moſes adhuc exiſtens in Aegypto tergiuerſatur, Ita caro pericula fugiens ſibi conſulere conatur.

Iſti ſunt princip:) Secunda pars capitis de genealogia Moſi & Aharon, ubi á ſtipite Leui, ad Caath, à Caath ad Amram, qui pater fuit Moſi proceditur. Ergo Moſes erat de tribu Leui.

Accepit autem) De progenie Moſi ſeorſum.

Filij quoq; Oziel) De progenie Aharon ſeorſum.

Hi ſunt princip:) Epilogus genealogiæ Moſi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Et locutus eſt) Clauſula capitis, continens arduum Dei mandatum ad Moſen, qui adhuc tergiuerſatur, & cupit deſerere uocationem, ut ſemper caro fugit pericula.

SCHOLIA IN VII. CAPVT.

Hactenus prima pars Exodi de uocatione Moſi, ſequitur nunc uſq; ad 12 caput, ſecunda pars de decem plagis Aegypti, quibus & de pertinacia Tyrannorum, & de horrendo Dei iudicio contra Tyrannos admonemur. Sunt enim horrenda exempla diuinæ, contra impios ac impœnitentes, irę, quibus paſſim deinceps utitur Spiritus ſanctus in comminationibus, ut Deut. 28. Iudic. 5. Pſal. 135. &c. Porrò diuus Paulus huc reſpicit in Epiſtola ad Romanos cap: 9. cum inquit, Quõd ſi Deus uolens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia uaſa iræ aptata ad interitum, ut oſtenderet diuitias glorię ſuæ in uaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, hic enim impius Pharao uas eſt irę Dei. Moſes uero cum fratre Aharon & populo Iſrael, ſunt uaſa miſericordiæ Dei. Quæ differentia ſemper obſeruari debet inter pios

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſeu agentes pœnitentiam & impios ſeu impœnitentes.

Præmittitur autem hoc Septimo capite decem plagis miraculum de uirga Aharonis uerſa in colubrum, ubi primum obſeruabitis per uirgam intelligi flagellum Dei, quo peccatores ad pœnitentiam reuocare ſolet. Deinde Pharaonem nihil moueri tanto miraculo, ut ſunt impij in malicia pertinaces ſeu obſtinati. Poſtremo, Magos Pharaonis idem tentare & facere, ut ſolet Satan ſuis præſtigijs & illuſionibus uera Dei miracula eludere, quod teſtantur uaria miracula Satanæ edita omnibus ſeculis, Lege 4. lib. dialog: Grego: &c.

Pro diuiſione capitis obſeruanda eſt particula, Indurabo cor Pharaonis, ne quis eo torqueat eam, quaſi Deus ſit autor peccati, cum Pharao ſua libertate ſe à Deo auertit, & Ebraica phraſi ſignificant tales ſententiæ permiſſionem, non uoluntatem efficacem, ut indurauit, id eſt, permiſit indurari cor Pharaonis ex falſis Magorum miraculis & odio contra populum Dei concepto. Orandus eſt igitur Deus, ne ſinat nos labi & ruere, cum tentamur.

Loci præcipui ſunt.

1. De potentia Dei.
2. De miraculis.
3. De Tyrannide.
4. De falſis miraculis.
5. De pertinacia.
6. De plagis impiorum.

Dixitq; Dominus) Locus de potentia Dei contra impios. Porrò phraſis immittere manum ſignificat percutere & affligere.

Fecit itaq; Moſes) Locus de obedientia in uocatione.

Erat autem Moſes) Locus de autoritate & de ueneranda ſenectute, quę non eſt contemnenda, propter experientiam rerum, & alias cauſas.

Dixitq; Dominus) Locus de ſignis & miraculis, quibus Deus ſuam potentiam oſtendit.

Dixitq; Dominus ad Moſen) Prima plaga, miraculum de aqua in ſanguinem uerſa, uide Pſal. 78. ubi inquit, uertit aquas eorum in ſanguinem, ne biberent è torrentibus ſuis.

SCHOLIA IN VIII. CAPVT.

Sequuntur hic ordine tres plagæ, rana-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

rum, pediculorum & muſcarum, Obſtinato enim Pharaoni mittuntur Ranæ, pediculi & omne muſcarum genus, ſed inde magis furit.

Pro diuiſione capitis obſeruandi ſunt loci in Pſalm. 78. & 105. immiſit in eos omnis generis muſcas, quæ depaſcebantur eos & ranas quæ perderent eos.

Loci præcipui ſunt.

1. De pœnis impiorum.
2. De timore tyrannico.
3. De ſimulata pœnitentia.
4. De confuſione impiorum.
5. De pertinacia impiorum.

Et dixit Dominus) Secunda plaga ranæ immiſſæ in terram Aegypti. Pſal. 105. Produxit terra eorum ranas, in ipſis etiam penetralibus regum eorum. Porrò per ranas intellige etiam mures, glires, talpas, buſones &c. quæ ſunt pœnæ peccatorum & admonitiones ad pœnitentiam.

Fecerunt autem) Locus de falſis miraculis, & quòd Satan ſe transformat in Angelum lucis & fit ſimia Dei. Malefici malum augere non tollere potuerunt.

Vocauit autem) Deprecatio ranarum, & locus de falſa ſeu ſimulata pœnitentia,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quæ eſt iuxta ſententiam Petri, reuerſio in uolutabrum cœni.

Et clamauit Moſes) Locus de efficacia orationis & inuocationis. Exaudiuntur pij pro impijs orantes.

Dixitq; Dominus ad Moſen) Tertia plaga ſeu pœna cyniphes, hoc eſt, pediculi, quod genus non modo carnem lædit, ſed ad interiora quoq; penetrat. Hic comprehende culices, pulices, cimices, teredines, uermes omnes qui nocent arboribus & fructibus, & generali uocabulo dicuntur Kynomyæ.

Feceruntq; ſimiliter) Locus de confuſione impiorum. Obſeruandum eſt enim hoc loco, cum Magi & Satan priora miracula imitari potuerint, eos pudefieri in minimo. Nam Satan quicquid potuit, id permittente Deo poteſt, prohibente nihil poteſt.

Dixit quoq; Dominus) Quarta plaga, Muſcæ, quæ à commiſcendo nomen habent. Significat enim Ebræis Arob commixtionem multiplicem diuerſarum pernicioſarum beſtiarum, ut ſunt ſerpentes, ſcorpiones, lupi, urſi, leones, pardi &c. Pſal. 78. & 105.

SCHOLIA IN IX. CAPVT.

Et hoc capite tres plagæ continentur, quibus affligitur impœnitens Pharao, cum tota Aegypto, ut ſunt peſtis pecorum, ulcera ueſicarum & grando, peccatorum pœnæ nec non impiorum admonitiones.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt incrementum hoc loco ſcilicet peſte primum animalia, deinde ſimul homines & iumenta ulceroſis ueſicis. Poſtremo grandine terræ quoq; naſcentia cum hominibus affligi.

Loci præcipui ſunt ijdem, qui capite ſuperiori.

Dixit autem Dominus) Quinta plaga, Aegyptus percutitur peſte pecorum, ſeruatis interim animantibus filiorum Iſrael.

Et dixit Dominus ad Mo:) Sexta plaga, ulcera ueſicarum, per totam Aegyptum, tam in hominibus, quàm in pecudibus. Fuerunt autem hæc ulcera malæ & nigræ puſtulæ, quibus ueſica putrefacta eſt.

Dixit quoq;) Septima plaga, grando delapſa, cum tonitru & fulgure horribili.

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN X. CAPVT.

Pergit Deus puniendo, perq; Moſen & Aharon admonendo Pharaonem. Sequuntur enim plures plagæ ſcilicet locuſtarum inuiſa calamitas & palpabilium tenebrarum triduanus horror, ſed Pharao percuſſus his plagis, tantum abeſt, ut emendetur, quin obſtinatior reddatur. Quæ figura eſt regni Satanæ & impiorum.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt impios pluribus calamitatibus & miſerijs oppreſſos, & eſſe, quibus tamen adeo non emendantur, ut inde magis fiant obſtinati.

Loci præcipui ſunt.

1. De pertinacia impiorum.
2. De miraculis.
3. De calamitatibus impiorum.
4. De tyrannide impiorum.
5. De autoritate & ſecuritate uocationis.

Ingredere ad Pha:) Locus de pertinacia impiorum, ubi repetitur ſententia de induratione Pharaonis permiſſiue tantum intelligenda. Deus n. obtulit Pharaoni uerbū ſuū, ſed ille natura impius reijcit uerbum, & in corde ſuo induratus eſt. Quare Deus neq; coegit Pharaonem ad peccandū nec culpa

indurationis transferenda eſt in Deum, qui nec uult nec operatur iniquitatem.

Vt faciam ſigna) Locus de miraculis, quæ fiunt ad illuſtrandam gloriam Dei. Iohan. 9.

Ecce ego inducam) Octaua plaga, ſcilicet locuſtarum, quæ hebraicè uocantur hoc loco arbæ, & à multitudine nomen habent. Quadrupedes & uolantes beſtiolæ nobis ignotæ, quarum tamen loco nobis ſunt bruci, erucæ, & ſimiles, uide Leuit. 11.

Dixeruntq; ſerui) Locus quòd in Aulis ſunt etiam tales, qui tyrannorum aures uellicare non deſinunt, & de audiendo uerbo Dei ſuos dominos admonere.

Dixitq; autem) Nona plaga, ſcilicet tenebrarum, uide Deut. 28.

SCHOLIA IN XI. CAPVT.

Sequitur comminatio ultimæ plagæ, ſcilicet primogenitorum tam in hominibus quàm in iumentis.

Pro diuiſione capitis quęritur, cum Dominus iubeat ſpoliare Aegyptios, an furtum commiſerint filij Iſrael auferendo ea, quæ ab Aegyptijs commodata erant. Sed reſpon-

reſpondendum eſt. Primum pręceptum derogare omnibus ſequentibus, neq; peccatum eſſe quod præcipiente Deo fit. Sicuti peccant priuati homines occidentes, at qui in Magiſtratu ſunt, cum facinoroſos occidunt, non peccant, faciunt enim iuxta mandatum Dei,

Loci præcipui ſunt.

1. De pœnis impiorum.
2. Quòd labor abundantiam adferat.
3. Quòd operarius ſua mercede ſit dignus.
4. Quòd non bene conueniat inter miniſtros uerbi & impios.

Et dixit Dominus) Locus de comminationibus & pœnis impiorum, quibus tandem defatigati cedunt Deo.

Dices ergo omni populo) Locus de ſingularibus Dei mandatis, quibus apud certas tantum perſonas, generalibus Dei mandatis nonnihil derogatur. Cum itaq; ſint perſonalia mandata tantum, non pertinent ad alios, quàm ad eos quibus ſingulariter aliquid à Deo mandatur, contra decalogi præcepte.

Et ait, Hæc dicit Dominus) Decima plaga, ſcilicet mors primogenitorum, quæ ſequenti capite tandem abſoluitur, ut nihil

inten-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

intentatum Deus relinqueret apud Pharaonem.

SCHOLIA IN XII. CAPVT.

Pręmiſſis duabus partibus, ſcilicet de uocatione Moſi & de decem plagis Aegypti. Sequitur nunc tertia pars libri, uidelicet ipſa liberatio miraculoſa populi Iſrael ex Aegypto, quæ durat uſq; ad 16 cap. Porrò capite hoc 12 ritus edendi Agni paſcalis & infermentatorum inſtituitur. Deinde clades primogenitorum Aegypti, pariter & ſpoliatio Aegypti cum egreſſione filiorum Iſrael deſcribuntur.

Caput in duas partes diuidatur. In priori Paſca ſeu eſus Agni paſcalis mandatur. In altera poſt interfectionem primogenitorum exitus Iſrael de Aegypto, deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De feſtis diebus, in quibus Dei beneficia, erga ſuum populum commemorari debent.
2. De figuris, in quibus Chriſtus adumbratus eſt.
3. De agno paſcali, quòdq; paſca noſtrum immolatus eſt Chriſtus.
4. De fermento ueteri tam doctrinæ,

quàm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quām uitæ ſemper expurgando.

5. De Infallibili diuinarum promiſſionum ueritate.

6. De obedientia erga Dei mandata.

7. De ſeueritate Dei in puniendis impijs.

8. De finali piorum liberatione.

Dixit quoq; Dom:) Prima pars capitis de inſtitutione Paſcæ, ſeu de eſu agni paſcalis, ubi locus com: eſt de ratione feſtorum & religionis inſtitutione. Deinde locus com: de figuris, quibus inuolutus erat Chriſtus, in ueteri Teſtamento. Porro quid hæc figura ſignificet exponit Paulus 1. Corinth 5. cum inquit, Paſca noſtrum immolatus eſt Chriſtus.

Loquimini ad uniuer:) Mandatum de ritu celebrandi Paſca, quod à tranſitu nomen habet, quia Deus populum Iſrael è ſeruitute Aegyptiaca liberaturus, iuſſit ut Angelus interficiendo primogenita Aegypti, domos Hebreorum tranſiret, quibus nihil noceret.

Tollat unuſquiſq; agnum) Agnus phaſe, id eſt, tranſitus Domini, quo primogenita Aegyptiorum percuſſa ſunt ſignificat tranſitum, quo totum humanū genus propter peccatum æterna morte percutiendum erat, ut punirentur oēs impij ſicut Aegyptij.

Et ſta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Et ſument de ſang:) Hic agnus cuius ſanguine aſperſæ ædes Iſrael à cæde liberantur eſt Chriſtus uerè agnus ſine macula peccati, decimo die menſis ſegregatus ex ouili, id eſt, ex genere humano, ingreſſus die palmarum, nempe quarto die ante mortem, Hieroſolymam, qui agnus ſeſe decimo quarto die primi menſis, Deo patri pro toto genere humano obtulit, cuius ſanguine aſperſi credentes liberantur ab æterna morte, ac ducuntur ex regno Pharaonis & ſeruitute Aegyptiaca, hoc eſt, ex regno Satanæ, ſed priuſquam in terram promiſſam, id eſt, uitam æternam perducuntur, tranſeundum illis eſt per mare rubrum. Suſtinendæ in deſerto huius miſeræ uitæ multæ & uariæ calamitates & miſeriæ, tandem ſorte diuiditur terra, id eſt, credentibus æterna uita datur.

Et edent carnes) Quod de eſu agni paſcalis hoc loco præcipitur, ſignificatur eſus ſpiritualis agni paſcalis Chriſti, qua eſus fit fide in Chriſtum, de quo & Chriſtus Ioan. 6. inquit, Caro mea uerè eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus.

Et azimos pa:) Azimi panes ſignificant doctrinam incorruptam, ſicuti Paulus interpretatur. Expurgate uetus fermentum ut ſitis noua conſperſio, 1. Corinth. 5. Azyma enim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

enim eſt ſinceritas & ueritas tam uerbo quàm opere, contrarium eſt in fermento, quòd infrà eodem capite prohibetur in eſu agni paſcalis.

Cum lactucis) Lactucæ amaræ & ſalſæ, quæ adhibentur eſui agni paſcalis, ſignificant crucem & afflictiones credentes ſecuturas eſſe.

Sic autem comede:) Habitus edentium, qui iubentur eſſe accincti & inſtructi ad iter, tanquam in aliam terram & patriam profecturi, ſignificat hanc uitam noſtram nihil aliud quam peregrinationem quandam eſſe, & ſemper debere nos eſſe inſtructos ad migrandum ex hac corporali uita.

Vocauit autem Moſes) Altera pars capitis de interfectione primogenitorum, & de exitu Iſrael de Aegypto, Locus uerò communis, quòd Deus finaliter ſit impios perditurus, pios uero liberaturus.

Incuruatuſq; eſt populus) Locus de obedientia piorum erga uerbum & mandatum Dei.

Factum eſt autem) Locus de ſeueritate Dei in puniendis impijs, & de humiliatione tyrannorum, uide Pſal. 73. & 107.

Vocatiſq; Pharao:) Locus, quòd quicquid impij ſecundum uerbum & manda-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tum Dei præſtare nolunt initio, id deinde ſuo malo uelint, nolint præſtare coguntur ut hic Pharao.

Fecerunt filij Iſrael) Effectus & impletio propheticę, quę eſt Gen.15. Egredientur cum magna ſubſtantia, & locus de ueritate promiſſionum diuinarum.

Profectiq; ſunt filij) Prima manſio filiorum Iſrael in Sochot. Porro Raemſes nomen prouinciæ uel ducatus in Aegypto, quam alio nomine Peluſinam uocãt, quam Ioſeph dedit patri & fratribus in poſſeſſionem Gen.47. Sochot uerò locus in deſerto, ubi manſerunt primum filij Iſrael poſtquam de Aegypto ſunt profecti, antequam tranſierant mare rubrum.

Sexcenta ferẽ millia) Obſerua in quantum populus Iſrael breui tempore auctus ſit. 70 animæ ingrediuntur Aegyptum & egrediuntur ſexcenta hominum millia præter infantes & mulieres, adeoq; promiſcuum uulgus innumerabile &c. De manſione populi in Agypto, uide ea quæ ſcripſi in cap. Gen.15. 430 anni numerantur, non à Ioſephi potentatu, ſed à prima profectione Abrahæ ex Meſopotamia in Canaan, quo tempore ſua ſponte in Aegyptum interim pro-

profectus eſt. Abraham enim accepit promiſſionem anno uitæ ſuæ 75. à quo termino numerandum eſt in hunc modum, poſt promiſſionem factam anno 75 uitæ Abrahæ genuit Iſaac anno 25. hic eſt primus numerus. Iſaac genuit Iacob anno 60, hic eſt ſecundus numerus. Iacob genuit Ioſeph 90 anno, hic eſt tertius numerus. Ioſephi ætas 110 anni, hic eſt quartus numerus. Inde ad Moſen 65 anni, hic eſt quintus numerus. Moſi ætas 80 anni, hic eſt ſextus numerus, qui computati, faciunt 430 annos, quorum fit mentio Gal. 3. & hoc loco.

Hæc eſt relig: Pha:) Nemini permittitur celebrare paſca niſi circumciſo, id eſt, opus eſt renaſcentia aut regeneratione ad eſum agni, id eſt, fidem Chriſti.

Nec os illius) Hoc interpretantur Euangeliſtæ de Chriſto agno paſcali oblato, cuius crura non frangebantur, ſicut Latronum.

SCHOLIA IN XIII. CAPVT.

Caput hoc cohæret ſuperiori, & per repetitionem nouæ legis promulgationem,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Repetit enim legem de celebratione Paſcæ per Azymos & infermentatos panes. Deinde ſecundum legem proponit de ſanctificandis omnibus primogenitis, in memoriam, quōd Deus omnia primogenita Aegypti occidit, ac ſolis primogenitis Iſraelitarum pepercit. Poſtremo deſcribit exitum populi & profectionem per deſertum ſub protectione Dei.

Pro diuiſione ſunt hi duo loci in Pſalmis obſeruandi, ut Pſal. 78. Et migrare fecit ſicut oues populum ſuum, & deduxit eos ut gregem in deſerto, & deduxit eos ſecurē ne timerent, inimicos autem ipſorum operuit mare. Et Pſal. 105. Lætata eſt Aegyptus de profectione eorum, quia timor eorum ceciderat ſuper eos. Expandit nubem ad tegendum, & ignem ut luceret noctu.

Loci pręcipui ſunt.

1. De commemoratione beneficiorum Dei.
2. De legibus ceremonialibus Moſi.
3. De præſentia & protectione Dei.
4. De fide in pactis & promiſſionibus ſeruanda.

Locutuſq; eſt) Locus de commemora-

tione

tione beneficiorum Dei. Præcipitur enim lex de ſanctificatione primogenitorum in memoriam huius beneficij, quòd Deus occidendo primogenita Aegypti, pepercisſet primogenitis Iſraelitarum. Ita uult Deus ſua beneficia perpetuo commemorari.

Et ait Moſes ad populum) Repetitio mandati de celebratione Paſcæ. Inſtituitur enim ac præcipitur perpetua celebratio Paſcæ, hoc eſt, tranſitus Domini celebrandi ſingulis annis ad commemorationem ſummi beneficij Dei erga populum Iſrael ex Aegyptiaca ſeruitute, liberatum, quod quidem externi paſcatis feſtum, durauit uſq; ad Chriſti aduentum, qui agnus paſcalis ſe in ſempiternum Dei patri ſemel obtulit. Nos igitur Chriſtiani perpetuum paſca celebremus, gratias agentes, quòd ex ſeruitute Aegyptiaca, id eſt, regno Satanæ liberati ſumus.

Cumq; introdux:) Continuatio legis itidem ceremonialis de ſanctificatione primogenitorum. Significatur uerò per hanc, totam naturam humanam ream peccati & mortis eſſe.

Igitur cum emiſiſſet) Locus de præſentia & protectione Dei. Obſerua enim ſummum beneficium Dei, quòd Deus ipſe uer-

bum, filius nempe Dei eſt dux populi, hoc eſt, Eccleſiæ ſuæ. Condeſcendit hic infirmitati eorum, & pro ſua diuina induſtria ſic ducit eos, ut ſinat eos tentari.

Tulit quoq; Moſes) Locus de ſeruanda fide pactorum & promiſſionum, ut Ieſus Syrach inquit, Poſſide fidem cum amico.

Dominus autem præce:) Locus de medijs, quibus utitur Deus in iuuandis ſuis electis. Noſtra columna & noſter ignis, quo nos hodiē protegit & defendit, eſt uerbum Dei. Deinde Spiritus ſanctus, cum duobus Sacramentis.

SCHOLIA IN XIIII. CAPVT.

Hic tandem ſequitur ipſa finalis liberatio populi Iſrael ex Aegypto, pariter & Aegyptiorum interitus. Nam Pharao inſequitur Iſraelitas, & hi tranſeunt mare ſiccis pedibus. Ille uerō cum uniuerſo exercitu ſubmergitur, & hæc fuit pœna Pharaonis perſequentis populum Dei. Eſtq; exemplum pœnarum quæ comitantur omnes hoſtes Dei.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, quan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quanquam hoc ingens ac ſtupendum miraculum & Dei beneficium per totam ſacram ſcripturam paſſim celebratur, Tamen hi duo loci ſunt præcipui, quorum alter eſt 1. Corinth. 10. Nolim uos ignorare fratres &c. Alter uerõ Hebræ. 11. Per fidem tranſierũt rubrum mare ueluti per ſiccam terram, quod cum tentaſſent Aegyptij, abſorpti ſunt. His adde Pſalm. 114. In exitu Iſrael de Aegypto.

Loci præcipui ſunt.

1. De cruce, afflictione pariter & liberatione piorum.
2. De pertinacia impiorum in malicia & peruerſitate.
3. De infirmitate fidei in cruce.
4. De potentia & clementia Dei.
5. De efficacia fidei & orationis.
6. De miraculis.
7. De pœna & horrendo exitu Tyrannorum.

Locutus eſt autem) Locus de cruce & afflictione piorum. Populus enim Iſrael incidit in nouum periculum. Nam cogitur reuerti ad locum periculoſiſſimum, ad anguſtias montium, ad latus maris, & ad conſpectum hoſtium, ut de uita & ſalute penitus actum eſſe uideatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Et nunciatum eſt) Locus de pertinacia impiorum in malicia & peruerſitate. Pharao manet obduratus, & ut canis ad ſuum uomitum : ita Pharao ad ſuam impietatem reuertitur.

Cumq; appropinquaſſet) Locus de infirmitate fidei in cruce. Populus Iſrael, quia deſtitutus omni humana ope de uita periclitatur, perterreſit & murmurat contra Moſen. Eſtq; hæc prima murmuratio populi, poſtquam exierunt ex Aegypto.

Et ait Moſes) Locus de efficacia fidei & orationis. Moſes in tanto diſcrimine conſtitutus, intuetur promiſſiones, credit & latenter orat, cuius oratio penetrat cœlos ut magnus clamor in auribus Dei.

Tollenſq; ſe Angel:) Locus de miraculis ſeu mirabilibus operibus Dei. Sequuntur enim hic ordine tria miracula, ſcilicet, Angeli cuſtodia, maris rubri diuiſio ſeu liberatio populi, & maris eiuſdem in ſuum alueum refluxus ſeu ſubmerſio Aegyptiorum, ut ſit hic pariter locus de potentia, ira, & clementia Dei.

Perſequenteſq; Aegyp:) Locus de pœna & horrendo exitu Tyrannorum. Pharao fugit primum cum ſuo toto exercitu, deinde ſubmergitur. Sic enim uoluerunt, ut inquit

quit ille, Hic erit finis omnium tyrannorum & hoſtium Dei.

Filij autem Iſrael) Locus de uictoria & triumpho piorum. Porrò mare rubrum ſignificat Baptiſmũ. Tranſeuntes baptizati, credenteſq; in lucem ſentiunt columnam nubis & ignis. Item Angelum, id eſt, filium Dei liberantem à Pharaone, hoc eſt, Satana, morte, peccato & pœnis æternis.

Liberauitq; Dominus) Concluſio capitis repetens principalem locum, ſcilicet de liberatione.

Timuitq; populus) Clauſula continens effectum liberationis.

SCHOLIA IN XV. CAPVT.

Hoc Capite Moſes cum populo Dei uictoriæ pariter & triumphi tropheum canunt & gratias agunt pro liberatione ab exercitu Pharaonis. Populus enim Iſrael ingenti miraculo & potenti manu liberatus eſt à tyrannide Pharaonis. Eſt itaq; canticum Moſi ſeu gratiarum actio, cultus Deo gratiſſimus. Veniunt deinde in Marah ubi ſitiunt & aquæ dulceſcunt.

Pro diuiſione capitis obſeruanda eſt hu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ius Cantici ſumma. Genus eſt demonſtratiuum, quia laudatorium. Eſt enim Pſalmus ſeu canticum encomiaſticon ſeu gratiarum actionis, quæ Dialecticè ſic connectitur. Deus glorioſè egit, ergo dignum eſt ut cantemus ei canticum. Antecedens probatur, quia tam potenter deiecit in mare equos & equites Pharaonis. Rhetoricè uerò ſic. Propoſitio. Cantabo Domino, id eſt, laudabo eum à ſua potentia, ſeueritate & clementia. Ratio propoſitionis, Glorioſè enim magnificatus eſt, id eſt, triumphando magnificè egit. Confirmatio rationis. Equum & aſcenſorem deiecit in mare. Mox ſequuntur explicationes & amplificationes tum propoſitionis & rationis, tum etiam confirmationis, idq; multis uerbis & commendationibus nominis Dei, uſq; ad concluſionem, quæ hæc eſt, Dominus regnabit in æternum & ultra, id eſt, ſine fine.

Loci præcipui ſunt.

1. De pſalmis & canticis.
2. De gratitudine & gratiarum actione.
3. De miſericordia & clementia Dei erga Eccleſiam.
4. De potentia & ſeueritate Dei contra impios.

5. De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

5. De fide, quòd pauci eam retineant.
6. De murmuratione.
7. De legibus ciuilibus.

Tunc cecinit Moſes) Locus de pſalmis & canticis, Item de gratitudine & gratiarum actione erga Deum. Hic enim eſt canticum ſeu carmen triumphale Moſi & populi Iſrael, quod cecinerunt primum Viri, deinde Mulieres, exemplum pijs omnibus utriuſq; ſexus imitandum.

Cantemus Domino) In Hebræo, Cantabo Domino, ſcilicet ego Moſes cum populo Iſrael. Propoſitio cantici.

Glorioſè enim) ratio.

Equum & aſcen:) Narratio.

Fortitudo mea) Locus de uero cultu Dei iuxta primum præceptum.

Dominus uir pugna:) Commendat omnipotentiam Dei per narrationem.

Dixit inimicus) Refert mimiticōs uerba hoſtium iactabunda & comminatoria.

Flauit Spiritus) Refert media, quibus hoſtes perditi perierunt.

Dux fuiſti) Commendat miſericordiam Dei. Eſt itaq; locus de miſericordia & clementia Dei erga Eccleſiam ſuam. Porro, quoniam educti iam eran^t, ut inducerentur

in

in terram promiſſam, fugit quaſi iam inducti eſſent. Ideo more prophetarum de rebus futuris in præterito loquitur, propter certitudinem promiſſionum Dei. Præuidit enim in ſpiritu Moſes, quòd gentes in circuitu terrerentur Videtur hic locus habere formam precationis contra reliquos hoſtes, qui adhuc erant timendi.

Dominus regnabit) Concluſio cantici de æterno regno Chriſti per repetitionem principalium membrorum, ut fit in concluſione.

Ingreſſus eſt enim) Repetit locum de potentia & ſeueritate Dei.

Filij autem Iſrael) Repetit locum de miſericordia Dei.

Sumpſit ergo Maria) Repetitio cantici. Mulieres enim ſubſequuntur uiros cantando &c. Exemplum noſtris mulieribus.

Tulit aūt Moſes) Continuatio hiſtoriæ, & locus de murmuratione, deq; fide, quòd in paucis maneat firma. Populus Iſrael ingenti miraculo & potenti manu liberatus à tyrannide Pharaonis, ſtatim obliuiſcitur maximi beneficij. Primum enim cum deſunt aquæ ad potandum, murmurare aduerſus Moſen & Dominum ceperunt. Ea eſt natura humana, facile obliuiſcitur beneficio-

ficiorum Dei, & cum aliquid deeſt, aut adeſt afflictio, murmurat aduerſus Deum.

Porrò Deſertum uocatur, non in quo nemo habitat, ſed quod aſperum & montoſum eſt, ut in Noruegia & Islandia. Obſeruabis item hoc loco amaras aquas in dulces uerſas, ſignificare ex triſticia læticiam & allegoricè quod crux Chriſti, omnia mundi aduerſa reddit dulcia.

At ille clama:) Locus de oratione & inuocatione, populus murmurat & Moſes orat.

Ibi conſtituit ei præcep:) Locus de legibus ciuilibus, in unaquaq; Repub: neceſſario inſtituendis religione ritè inſtituta.

Si audieris uocem) Locus de promiſſionibus.

SCHOLIA IN XVI. CAPUT.

Sequitur quarta pars huius libri, de profectione populi per deſertum, quæ durat uſq; ad 20 caput, ubi maximè declaratur miſericordia Dei ducentis & ſuſtentantis populum ſuum moroſum ac murmurantem in deſerto, uide Pſa. 78. 136. Item 105. ubi commemoratur hæc Dei beneficentia, po-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

puli uerò peccatum & malicia, ut Deo ſit gloria, nobis autem confuſio faciei noſtræ, Daniel. 9. Porrò caput hoc 16 eſt admodum celebre propter Man ipſum, cuius ipſemet Chriſtus mentionem facit Ioan. 6. uide etiam Deuter. 8. Ioſ. 5. Pſalm. 78. Ebræos. 9. Cum enim populus hic ſecundo propter inopiam cibi murmuret, datur eis copia, tam panis quàm carnis de cœlo. Nam poſtquàm uenerunt in deſertum Sin & murmurauerunt pro cibo, pluit eis Deus è cœlo Coturnices & Man, ut ſignificaret ſe credentes & in eum ſperantes cibo, potu & omnibus rebus neceſſarijs ſuſtentaturum eſſe.

Porrò caput hoc in duas partes diuidatur. In priori murmur populi. In altera collectio Man deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De ingratitudine.
2. De infirmitate fidei.
3. De miſericordia & tolerantia Dei.
4. De uictu & rebus neceſſarijs.
5. De Manna.
6. De auaricia.
7. De benedictione Dei & pane quotidiano.
8. De Sabbato.

Vene-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Venerunt autem) Prima pars capitis de murmure & ingratitudine populi Dei. Sequitur enim hic ſecundum murmur populi propter inopiam cibi. Oſtenditur uero imbecillitas fidei. Nam qui tantis miraculis & tam potenti manu populum eduxerat, haud dubie in ſe ſperantes curat ſuſtentatq; cibo & potu ac omnibus rebus neceſſarijs.

Dixit autem Dominus) Locus de miſericordia liberalitate & cura Dei erga electos. Datur enim populo per quoſdam credentes & pios, ut Moſen & Aharonem panis copia & carnis de cœlo, ſed talibus miraculis non excitatur & confirmatur fides, cùm alioqui quotidiè hæc fiant. Panis enim, caro, ueſtes & omnia ad uitam neceſſaria de Cœlo dantur, mirabili modo, ſed mundus hæc tanta miracula non agnoſcit.

Et colligat quantum) Locus de impia ſollicitudine fugienda. Iubentur enim tantum colligere, quantum in diem ſufficiat, quo prohibetur ſollicitudo de craſtino, ſicuti & Chriſtus præcipit, dicens: Sufficit diei malicia ſua. Nam qui hodiè nos paſcit & ſuſtentat, eius manus non abbreuiatur.

Diè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Die autem ſexto) Locus de obſeruatione Sabbati, ne miniſterium uerbi impediatur.

Dixeruntq; Moſes) Locus de miniſterio uerbi & uocali uerbo, quòdq; miniſtri uerbi, cum ſint cooperatores Dei, nihil ex ſeipſis, totum uero ex Deo habeant. Ideõ quicquid mali miniſtris acciderit, totum id ſibi Deus imputat, iuxta illud, Qui tangit uos, tangit pupillam oculi mei.

Factum eſt ergo) Locus de ueritate promiſſionum Dei, hic enim prȩſtat quod promiſit. Porro coturnix Danice dicitur uactel, quia ignoratur, quæ nam fuerit auis, niſi quod creditur noſtris perdicibus ſimilis fuiſſe, quia terreſtris magis quā ſublimis.

Cumq; operuiſſet) Memorabilis locus de Manna ſeu pane cœleſti. Quanquam uariæ ſunt ſignificationes huius uocis, tamen qui donum interpretantur rectius mihi ſentire uidentur, fuit enim uerè donum Dei. Præterea ſignificat Euangelium gratuitum eſſe donum Dei, ſine noſtris meritis, ex ſola gratia Dei de cœlo datum, ſicut hoc Manna datum eſt. Porro de Manna uide Nume. 11. Pſal. 78. Sap. 16. Ioan. 6. 1. Corinth. 10.

Fecerunt ita filij) Secunda pars capitis de collectione Man ipſis. Vbi notanda eſt

auaritia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

auaritia in ĳs, qui plus quam præceptum erat, colligunt, quorum panis computreſcit, Ita auarorũ opes malis artibus quæſitæ computreſcere & perire ſolent. Nam de malè quæſitis uix gaudet tertius hæres.

Sed ſinguli) Locus de pia ſollicitudine, moderatione & mediocritate. Colligunt.n. quod ad diem cuiq; ſufficit. Neq; enim (ait Chriſtus) in abundantia eius. Et idem accidit toti humano generi. Vt maximè enim coacerues ingentes opes, non plus ĳs ipſis frui potes, quàm quantum ad uitam ſuſtentandam opus habes, atq; ita uel mendicus æquam menſuram tecum colligit.

In die autem) Locus de Sabbati obſeruatione. Præcipitur.n. certo tempore uacandum eſſe à quærendo uictu, ad diſcendum & tractandum uerbum Dei. Et his duplicatur cibus. Et Manna propter cognoſcendum uerbum collectum non putreſcit, auaritiam interim uocat uermes, & omnis abundantia generat uermes.

Dixit autem Moſes) Locus de commemoratione beneficiorum Dei. Ingens enim hoc miraculum & indicium beneuolentiæ diuinæ, quòd populus 40 perpetuis annis paſcitur in deſerto. Ideo iubetur per cuſtodiam Man, apud poſteros commemorari

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

& celebrari, Simile uide in fine ſequentis Capitis.

SCHOLIA IN XVII. CAPVT.

Progrediuntur in deſertum Iſraelitę poſt liberationem, & ueniunt in Raphidim, ubi murmurantibus, aqua datur è petra, quæ pars capitis admodum celebris eſt, propter locum in priori Epiſtola Pauli ad Corinth. cap. 10. Bibebant de ſpirituali, conſequente eos, petra, petra autem erat Chriſtus. Deinde pugnant contra Amalechitas, quos etiam orante Moſe, uincunt. Vt hic iterum uideamus ingratitudinem populi pariter & horrendam incredulitatem, Dei uero miſericordiam & paternam pro ſuis electis ſollicitudinem, ut ſoli Deo ſit gloria, nobis autem confuſio faciei noſtræ. Dan. 9.

Caput hoc in duas partes diuidatur. In priori iam tertio murmurant ob aquæ penuriam. In altera uictoriam obtinent ſuper Amalechitas.

Loci præcipui ſunt.

1. De ingratitudine & murmuratione.
2. De periculis Magiſtratus & Miniſtrorum uerbi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

3. De miſericordia & longanimitate dei.
4. De ſpirituali petra Chriſto.
5. De periculis & afflictionibus piorum.
6. De orationis efficacia.
7. De commemoratione beneficiorum & miraculorum Dei.

Igitur profecta) Prima pars capitis de ingratitudine & murmuratione, ne dicam incredulitate. Populus enim Iſrael hic tertiò murmurat, & ob aquæ penuriam non Moſen tantum ſed Deum ipſum grauiſſimè offendit. Magna autem infirmitas naturæ & imbecillitas fidei hic oſtenditur. Experti fuerunt præſentiam Dei ingentibus miraculis in Aegypto. Viderunt exercitum Pharaonis ſubmerſum in mari rubro, Vident præſentem Deum in columna nubis & ignis, & ſe maximè curæ eſſe Deo, tamen ſollicitudo de uentre, cibo & potu eos angit.

Clamauit autem) Locus de periculis Magiſtratuum & Miniſtrorum uerbi. Eſt enim hic exemplum in Moſe, id quod infrà ſæpius uidetur, quàm difficilis res, quàm plena laborum, odij, inuidiæ & periculorum ſit adminiſtratio imperij Magiſtratus & Miniſterium uerbi. Nam reijciunt omnem culpam in Moſen.

Et ait Dominus) Locus de miſericordia & longanimitate Dei. Benefacit enim hic incredulo populo, qui dubitat an Deum habeat præſentem nec ne. O ſtupendam incredulitatem.

Venit autem Ama:) Secunda pars capitis de uictoria contra Amalechitas. Eſtq; prima pugna contra Amalech, ſecundam in Numeris uide cap. 14:

Cumq; leuaret) Locus de orationis efficacia. Nam oratione Moſis profligatur hoſtis Amalech, cum remittitur oratio, uincunt hoſtes, cum urgetur, uincit populus Iſrael. Obſeruandum eſt igitur hoc loco, quanta uis ſit orationis.

Dixit autem) Locus de commemoratione beneficiorum & miraculorum Dei.

SCHOLIA IN XVIII. CAPVT.

Pergit hoc capite Moſes ulterius ea deſcribere, quæ acta ſunt in Raphdim. Excipitur enim Ietro ſocer Moſi, & ſumma humanitate, ab eo tractatur. Nam uxoris & filiorum aduentu letatur etiam Moſes, quia coactus eſt in principio ſuæ uocationis, dum profectus eſt in Aegyptum, relinque-

quere eos apud ſocerum, ut legis ſuprà cap. 4. Porro non fuit inutilis aduentus Ietro. Dedit enim Moſi conſilium in Repub: Iſraelitica, bene gubernanda, ut eſt in iuuene eruditio, in ſene autem experientia.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori Ietro ſocer excipitur à Moſe genero ſuo. In altera uero conſtituuntur Centuriones &c. ex conſilio Ietro.

Loci præcipui ſunt.

1. De officijs humanitatis.
2. De affinitate.
3. De uocatione gentium.
4. De Magiſtratu.
5. De conditionibus bonorum iudicum.
6. De corpore non defatigando ſupra uires.
7. Quod ſanis conſilijs acquieſcendum ſit.
8. De diſciplina militari.

Cumq; audiſſet Ietro) Prima pars capitis de ſocero Moſi humaniſſimè ab ipſo Moſe excepto. Sicut in Gene: Eſau excepit reditum fratris ſui Iacob. Ioſeph excepit patrem ſuum Iacob uenientem in Aegyptum. Elizabeth excepit diuam uirginem, Lucæ 1. Nam & inter pios humanitatis officia ſeruari debent, id quod obſeruandum eſt con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tra Stoicos, Anabaptiſtas, & Cynicos, qui omnia humanitatis officia contemnunt.

Lætatuſq; eſt Ietro) Locus de uocatione Gentium. Hic enim Ietro Madianita fidem ſuam confitetur & gratias agit Deo, pro liberatione filiorum Iſrael ex Aegypto. Sic habuit Deus etiam inter gentes ſuos electos omnibus temporibus ab initio.

Obtulit ergo Ietro) Locus de affinitate & congratulatione propter affinitatem & reuerentiam ſanguinis. Porrò coram Domino edere eſt de ſacrificijs manducare in honorem Dei Pars enim ſacrificiorum comburebatur, pars uerò à ſacrificantibus edebatur.

Altera autem die) Secunda pars capitis de conſilio Ietro, Moſi dato & accepto. Non enim poteſt magna & populoſa Reſpublica per unum hominem adminiſtrari. Ideo opus eſt iudicibus, præfectis & ſimilibus coadiutoribus, qui Monarchæ aut principi ſuo conſilio & auxilio ſemper adeſſe & preſto eſſe debent, unde uulgo iactatum prouerbium, unus uir, nullus uir. Item an neſcis longas Regibus eſſe manus? ſcilicet per ſuos adminiſtratores.

Cui reſpondet Moſes) Locus de digni-

tate

tate Magiſtratuum. Magna enim commendatio Magiſtratus politici eſt, quod dij appellantur & filij excelſi, ut in Pſalm: nempe primum ideō quōd Miniſtri Dei ſunt, Rom. 13. deinde quōd ueram religionem & cultum Dei propagare ac defendere debent. Eſai: Erunt Reges nutritores tui.

At ille) Locus hic docet ſanis conſilijs obtemperandum & parcendum eſſe corpori, ne nimis magnis laboribus opprimamur.

Prouide autem) Locus de conditionibus bonorum iudicum, Sint iuſti, non crudeles, non auari.

Et conſtitue ex eis Trib:) Locus de diſciplina militari. Vides enim ex hoc capite gradus Magiſtratuum, qui poſtea à Græcis & Romanis obſeruati ſunt, ut eſſent Tribuni, Hebraicē principes millium, nempe qui millibus præeſſent, Deinde centuriones, qui centum &c.

Quibus auditis) Concluſio capitis, & locus quōd ſemper recte monentibus parendum eſt.

Dimiſitq;) Clauſula capitis de ſoceri dimiſſione, & locus quōd unuſquiſq; maneat in ſua uocatione.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XIX. CAPVT.

Hoc Caput eſt paraſceue ad quintam huius libri partem, nempe Decalogi & aliarum legum promulgationem. Veniunt enim Iſraelitæ ad montem Sinai, quem montem Moſes aſcendit, & in quo ſanctificato populo, Dominus apparet non ſine terrore, quod eſt Legis proprium.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt deſertum Sinai regionem eſſe, circa montem Sinai qui & Horeb dictus eſt, Deut:4. Deinde quōd ad montē Sinai permanſerunt anno uno & diebus quatuor. Poſtremo quod ad montem Sinai uenerunt quadrageſimo ſeptimo die, ex quo, ex Aegypto exierant, & quōd die quinquageſima (græcē die pentecoſtes) data ſit Lex decalogi.

Loci præcipui ſunt.

1. De regno & ſacerdotio legali.
2. Scrutator maieſtatis opprimetur ā gloria.
3. Effectus legis eſt terrrre ſecuras conſcientias.
4. De miniſtris & miniſterio uerbi Dei.

Menſe tertio egreſſi:) Sequitur hic duodecima manſio nempe in deſerto Sinai, & tem-

temporis deſcriptio, ſcilicet menſe tertio,id eſt, quadrageſimo ſeptimo die poſtquam egreſſi ſunt ex Aegypto.

Moſes autem aſcen:) Locus de regno & ſacerdotio legali. Deus enim renouat ſua fœdera, promittit leges & iura, Populum uocat ſuum peculium,id eſt,theſaurum prędilectum,cui legem ſuam tradidit & uiuendi formam præſcripſit, atq; regnum Sacerdotale contulit, quod nulli alij fecit Nationi. Ingens ergo miraculum, quòd populus ex ſeruitute Aegypti liberatur,deinde quòd eligitur in peculium in regnum Sacerdotale & gentem ſanctam,quæ omnia ad Eccleſiam, quæ eſt populus Dei, pertinent, ſicut interpretatur Petrus hunc locum 1. Pet. 2. Vos eſtis genus electum &c. Datur enim populo Lex, & conſtituitur ſimul regnum Eccleſiaſticum & politicum.

Reſponditq; omnis populus) Locus de obedientia erga Deum. Pius populus ſe ad legē Dei audiendam pręparat. Porrò Myſteriū quod hic latet obſeruādum eſt, ueſtis eſt conſcientia,aquæ lotio eſt fides, ergo ueſtes lauare eſt conſcientiam fide ueſtire. Tertius dies, eſt dies extremi iudicij. Primus enim dies eſt ab Adam uſq; ad Chriſtum, ſcilicet diem paraſceues ſeu præparatio ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Chriſtum, nempe tempus ueteris Teſtamenti. Secundus dies eſt à Chriſto uſq; ad extremum diem, ſcilicet Sabbatum ſeu quies Euangelij, nempe tempus noui Teſtamenti. Tertius uerò dies eſt ab extremo iudicio in æternum, ſcilicet dies reſurrectionis ad æternam uitam & gaudium æternum. Preparemus igitur & nos hoc biduo ad tertium diem, id eſt, uſq; ad Chriſti aduentum ſeu iudicium.

Conſtitueſq; termi:) Locus de prohibitione & pœna eorum, qui iudicia Dei ſcrutantur curioſè. Gene. 22. Abraham aſcendit in montem &c. uide de hoc loco Ebræ. 12. Non enim acceſſiſtis &c.

Iamq; aduenerat) Locus de effectu Legis à ſignis, Lex enim datur cum horribili ſpecie, ut tonitru, fulgure, igni & fumo, quo ſignificatur, quod ſit officium, qui effectus Legis, nempe quòd ſit miniſterium (ſicuti Paulus ait) mortis, oſtendens peccata, terrens & occidens.

Sacerdotes quoq;) Locus eſt, nullam eſſe hominum prærogatiuam apud Deum, neq; ullum reſpectum perſonarum, ut enim populus: ita Sacerdotes. Porro per Sacerdotes intelligit eos per prolepſin, qui fuerunt primogeniti ſeu ſeniores, honoratio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

res & in regimine Moſi proximiores & primores in familijs & tribubus.

SCHOLIA IN XX. CAPVT.

Quinta pars libri de Lege decalogi, & alijs iudicialibus & ceremonialibus Moſi, quæ durat uſq; ad 36 caput. Inſtituit enim Deus in hac parte & regnum Iudaicum & Sacerdotium legale, ſicut promiſit capite ſuperiori ſcilicet 19. Nam quando neſciebatur quòd eſſet peccatum, aut unde mors in omnes homines peruaſiſſet, tunc dedit Deus Legem decalogi populo ſuo, Deinde iudiciales & ceremoniales leges per Moſen inſtituit, ut Religio & Politia apud Iudæos conſeruarentur, quibus omnibus, ut etiam, in ultima parte libri, extructione tabernaculi Chriſtus adumbratus eſt, ut eſt Lex pædagogus ad Chriſtum.

Porrò quantum ad ſummam huius capitis attinet, Decalogus diuinitus omnium hominũ animis alioqui impreſſus de cœlo per Deum & angelos magnis miraculis repetitur & promulgatur. Quæ autem ſit uis cuiuſq; præcepti, habes explicationem in Catechiſmo.

Diui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Diuidatur autem hoc caput in duas partes. In altera concio diuina de Decem præceptis. In altera populi tergiuerſatio, quæ profecta eſt ā corrupta natura, Legem Dei non ferente, deſcripta eſt.

Loci precipui ſunt.

1. De uero cultu Dei.
2. De Lege diuina.
3. De Decalogo.
4. De mala conſcientia & fuga legis diuinæ.
5. De idolatria fugienda.
6. De ſacrificijs legalibus.

Locutuſq; eſt) Prima pars capitis diuina concio de decem præceptis, de quibus uide quoq; Deut. 5. Matth. 5. Rom. 13.

Ego ſum Dominus) Præfatio decem præceptorum de uno & uero Deo agnoſcendo & adorando.

Non habebis Deos) Primum præceptum, cui ſubnectit ceremoniale præceptū de ſculptilibus non faciendis, ut Deos facticios & quaſcunq; imagines quæ ā Dei cultu animum auocant, abominemur, unumq; & uerum Deum agnoſcamus, illumq; ſolum adoremus.

Ego ſum Dominus Deus tuus) Comminationes & promiſſiones additæ. Hæ tranſ-

tranſgreſſoribus, illæ obſeruatoribus præceptorum. Zelotes, id eſt, ego ſum Dominus Deus tuus emulator, hoc eſt, qui ardentiſſima charitate eos diligo, qui mihi adhærent, nec poſſum perpeti, ut à me diuellantur & alium amatorem habeant, Danica uox midkærhed idem ſignificat.

Non aſſumes) Secundum præceptum, cum ſua comminatione.

Memento ut diem) Tertium pręceptum cum ſua ratione.

Honora patrem) Præcepta ſecundæ, in quibus ſpecies una pro genere ponitur.

Cunctus autem populus) Secunda pars capitis de tergiuerſatione populi, & terroribus legis. Lex enim eſt agnitio peccati.

Moſes autem aſcen:) Locus de miniſterio uerbi, quodq; miniſtri uerbi exemplo Moſi, ſunt intermedij inter Deum & populum Chriſtianum, idq; in Chriſto Ieſu, uide Galat: de Moſe mediatore.

Hæc dices filijs) Subiungit hic in fine ceremoniales leges de altari & ſacrificijs, quæ omnia Chriſtum adumbrant. Ebræ. ult.

SCHOLIA IN XXI. CAPVT.

Poſtquam promulgatus eſt Decalogus, qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

qui ſummam præceptorum diuinorum continet, ſubijciuntur iam leges, quæ ad politiam conſtituendam pertinent, ut de ſeruis emendis, de homicidio, de parentibus non percutiendis, de furtis, de rixantibus, de pœna talionis, de boue cornupeta.

Pro diuiſione locum habeat enumeratio harum legum, quæ numero ſunt tredecim in hoc capite. Præterea ſciendum hic eſt obiter uniuerſæ legis Moſaicæ tres eſſe partes, ſcilicet leges Morales, Ceremoniales & Iudiciales, uide in Locis com: Philip: Melanth: de lege &c.

Loci præcipui ſunt.

1. De Legibus.
2. De ſeruili conditione.
3. De homicidio.
4. De inobedientia erga parentes.
5. De furto.
6. De contentionibus.
7. De læſione proximi.
8. De pœnis ciuilibus.

Hæc ſunt iudicia) Propoſitio Capitis, de Legibus iudicialibus ſeu forenſibus Moſi, quibus non utuntur Chriſtiani, niſi quatenus à ſuo proprio Magiſtratu receptæ & promulgatæ fuerint, aut alioqui ſint leges naturales.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Si emeris) Prima lex de ſeruili conditione, quæ conſtat ex quinq; membris.

Si quis uendi:) Secunda lex de uenditione ſeu proſtitutione filiarum, conſtans ſex membris. Porro hæ duæ leges ad quartum præceptum referuntur.

Qui percuſſerit hominem) Tertia lex de homicidio, quod duplex eſt uoluntarium & inuoluntarium. Pertinet ad quintum præceptum.

Qui percuſſerit pa:) Quarta lex & locus de inobedientia erga parentes contra quartum præceptum.

Qui furatus fu:) Quinta lex de plagiarijs, hoc eſt, de ijs qui furantur homines uel ſimpliciter, uel quando aliorum ſeruos & ancillas ad ſe fraudulenter alliciunt. Ad ſeptimum præceptum.

Si rixati fue:) Sexta lex & locus de contentionibus, qui ad quint: præcept: refertur.

Qui percuſſe:) Septima lex de immoderata correctione contra quartum præceptũ.

Si rixati fue: ui:) Octaua lex in patrocinium mulierum data, refertur ad quintum præceptum cum lege talionis, id eſt, quando redditur ei æquale in eodem membro, in quo læſit proximum.

Si percuſſe: quiſpiam) Nona lex in pa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

trocinium ſeruorum & ancillarum data, ad quintum præceptum pertinens & ad quartum.

Si bos cornu pet:) Decima lex, de damno, quod inſcio Domino, infertur alicui, aut quod per negligentiam Domini committitur.

Si quis aperu:ciſt:) Vndecima lex itidem contra negligentiam hominum.

Si bos alienus) Duodecima lex, duabus ſuperioribus non diſſimilis, de ignorantia & negligentia hominum. Porrò hæ leges omnes perueniunt ex hoc fonte, Diliges proximum tuum &c. Item, Quęcunq; uultis &c.

SCHOLIA IN XXII. CAPVT.

Sequuntur aliæ leges politicæ ſeu iudiciales, ut, de furtis, damnis, depoſito, ſtupro, maleficio, idolatria &c. numero circiter ſedecim & tot etiam loci communes.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, hic fieri mentionem aduenarum, pupillorum, & uiduarum qui Deo ſingulariter curæ ſunt, quippe qui carent apud homines conſilio, auxilio, patrocinio, & defenſione.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

1. De ſtupro.
2. De Vſura.
3. De maleficio.
4. De idolatria.
5. De pauperibus.
6. De Magiſtratu.
7. De decimis &c.

Si quis fura:) Decimatertia lex de furto quinq; membris conſtans, & ad ſeptimum præceptum pertinens.

Si læſerit quiſp:) Decimaquarta lex, de ſarciendo damno.

Si egreſſus ignis) Decimaquinta lex, de damno per negligentiam dato.

Si quis commendat) Decimaſexta lex, de depoſito reddendo. Porro deos uocat iudices & magiſtratus, quia ſunt uicarij Dei, ſedentes loco Dei iudicanteſq;, non ſecundum ſuam, ſed ſecundum Dei uoluntatem.

Si ſeduxerit quis uirg:) Decimaſeptima lex de ſtupro.

Maleficam non pa:) Decima octaua lex, de pœna magiæ ſeu maleficij. Porro quanquam utriq; ſexui interdicta eſt magia, fit tamen hic ſolum de muliere mentio, quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

is ſexus frequentius cum dæmonibus pa-ctum facere ſoleat.

Qui coierit cum iu:)Decima nona lex de Sodomia.

Qui immolat Dijs)Vigeſima lex,de Idolatria. Deut:13.

Aduenam non contriſt:) Vigeſima prima lex,de aduena,uidua & pupillo.

Si pecuniam mutuam) Vigeſima ſecunda lex,de mutuo.

Si pignus) Vigeſima tertia lex, de pignore.

Dijs non detrahes) Vigeſima quarta lex, de Magiſtratu honorando.

Decimas & pri:) Vigeſima quinta lex, de decimis, in Hebræo eſt, Plenitudinem tuam & lachrymam tuam non differes. Per plenitudinem intelligit omnes fructus duriores,ut frumentum, poma, pyra, unde cibus conficitur. Per lachrymam uero fructus omnes molliores, unde potus conficitur,ut uuæ, oleæ &c.

Viri ſancti eritis) Vigeſima ſexta lex de eo,quod à beſtijs laceratum eſt.

SCHOLIA IN XXIII. CAPVT.

Hactenus de iudicialibus legibus tantum

tum, nunc de iudicialibus & ceremonialibus ſimul, ut utraq; Reſpub. Eccleſiaſtica & politica conſeruetur in populo Dei. Sequuntur ergo leges de Iudicijs conſeruandis ſeu de æquitate iudicij. Item de agricultura, de peregrinis, Inſtitutio feſtorum, quæ ad Eccleſiaſticam gubernationem pertinent, ut de Sabbato ſeptimi anni, & de tribus ſolennitatibus anni, de azymis, de primitijs, de cauenda idolatria.

Caput in duas partes diuidatur. In altera uariæ leges deſcriptæ ſunt. In altera grauiſſima adhortatio ad obſeruationem mandatorum Dei, minis & promiſſionibus munita.

Loci præcipui ſunt.

1. De iudicio.
2. De agricultura.
3. De Sabbato.
4. De cultu Dei.
5. De comminationibus.
6. De promiſſionibus.

Non ſuſcipias uocem) Prima pars capitis de diuerſis legibus, & primum de iudicijs, iuxta enarrationem octaui præcepti.

Sex annis ſemi:) Lex de agricultura.

Sex diebus ope:) Lex de Sabbato obſeruando.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Tribus uicib:) Lex de Feſtis ſolennioribus obſeruandis.

Ecce ego mittam) Secunda pars capitis adhortatio ad obſeruationem mandatorum Dei,& locus de cuſtodia Angelorum, ubi etiam renouatur & amplificatur promiſſio de terra Canaan uſq; ad finem capitis.

SCHOLIA IN XXIIII. CAPVT.

Moſes acceptis à DEO legibus his iudicialibus, iubetur iterum aſcendere in montem pro alijs legibus accipiendis. Deſcendit itaq; ad populum & acceptas leges non tantum promulgat, ſed etiam ſcribit & pactum facit cum populo qui obedientiam in omnibus promittit. Deinde rurſum aſcendit in montem, iuxta mandatum Dei, ubi acceptis Tabulis manet 40 diebus & 40 noctibus. Primores autem & populus ordine locorum conſtituti, manent infra montem.

Diuidatur hoc caput in duas partes, ſcilicet in deſcenſum Moſi de monte, & in aſcenſum in montem.

Loci præcipui ſunt.

1. De obedientia erga Deum.

2.De

2. De fœdere.
3. De Tabulis præceptorum Dei.
4. De figuris Noui Teſtamenti.
5. De ieiunio quadrageſimali.

Moſi quocꝫ dixit) Prima pars capitis de deſcenſu Moſi de monte ad populum, hæc eſt figura Miniſterij uerbi, quo Deus utitur ad ſalutem ſui populi tanquam medio.

Reſpondit cunctus populus) Locus de obedientia erga Deum, quæ tamen propter infirmitatem noſtræ naturæ, & propter duriciem cordis noſtri magis eſt inobedientia & hypocriſis, Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Hic populus pollicetur obedientiam Deo, ſed nihil præſtat, ut infrà uidetur in hiſtorijs.

Scripſit autem Moſes) Sequitur legum iudicialium cõfirmatio, per fœdus cum populo percuſſum & certis quibuſdam ceremonijs ornatum.

Aſſumenſqꝫ uolu:) Liber fœderis, ſignificat ſcripta Prophetarum & Apoſtolorum, per quæ Deus ſuam uoluntatem & pactum nobiſcum factum, reuelauit.

Illi uero ſumptum ſang:) Sanguis quo aſpergitur populus ex uictimis, ſignificat ſanguinem Ieſu Chriſti, quo credentes aſper

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſi mundantur & ſanctificantur, ut in Epiſtola ad Ebræ: & 1 Pet. 1. Apocal. 1.

Aſcenderuntq; Moſes) Secunda pars capitis de aſcenſu Moſi ſecundo in montem pro ceremonialibus mandatis accipiendis, ubi iterum præmittitur Decalogus, ſed in duabus Tabulis lapideis, quo durities cordis humani in ſeruandis Dei mandatis ſignificatur.

Quaſi ignis deuo:) Dominus in ſpecie ignis conſumentis ſignificat legem terrentem & damnantem, ſicut & Propheta ait, Ignis conſumens petras. Item non eſt pax oſſibus meis. Item contriuit ut Leo omnia oſſa mea.

Ingreſſuſq; Moſes) Locus de quadrageſimali ieiunio, quod fuerit perſonale Moſi tantum, ſicut & Eliæ, & Chriſti longe diuerſum a ieiunijs papiſticis.

SCHOLIA IN XXV. CAPVT.

Cum Deus promiſerit populo ſuo regnum Sacerdotale, id eſt, quod per Sacerdotes quoq; certis ceremonijs adminiſtraretur, ſubiungit nunc ceremoniales leges, quibus Eccleſiaſtica Reſpub: in regno Iudaico

daico gubernetur. Præſcribitur enim hic Moſi in monte forma Sanctuarij, arcæ teſtimonij, propiciatorij, menſæ, ſacrorum uaſorum, candelabri & lucernarum.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt nonum caput Epiſtolæ ad Ebræ: in quo horum, quæ hic fieri iubentur, myſteria continentur. Chriſtus (inquit) accedens pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum, non manu factum, hoc eſt, non huius ſtructuræ, neq; per ſanguinem hircorum & uitulorum, ſed per proprium ſanguinem ingreſſus eſt ſemel in Sancta æterna redemptione inuenta, ubi ſignificat hoc tabernaculum & hæc ſacrificia Aaronica, quæ Chriſti typus fuerunt omnino abolita eſſe, cum Chriſti ſacrificium ſit unicum, pro totius mundi peccatis.

Loci præcipui ſunt.

1. De figuris.
2. De oblationibus.
3. De ceremonijs.
4. De conſeruatione religionis.
5. De externo cultu Dei.
6. De uſu ſacrorum.
7. De religione Iudaica.

Locutuſq; eſt Dominus) Locus de ob-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

lationibus. Sunt autem oblationes hoc loco liberę contributiones, auri, argenti, gemmarum, ex quibus collectis cortinæ, tecta, funes conficiebantur, quæ deinde ſuſpenſiones & eleuationes uocabantur. Vnde nomen oblationis hoc loco includit in ſe etiam eleuationem ſeu ſeparationem. Thruma enim hebraicē, ſignificat latine oblationem eleuandam, ut infrā de hoc ritu oblationis, in hoc Leuitico, quōd armus & pectuſculum in altum coram Domino leuabantur. Inde temeraria imitatione excogitata eſt, apud papiſtas eleuatio in Miſſa &c.

Facientq; mihi ſanctua:) Sanctuarium, ſeu Tabernaculum ſanctuarij ſignificat locum ſanctum, in quo uerbum Dei prædicatur ad ſalutem electorū & ad gloriam Dei.

Arcam de lignis) Arca quæ eſt ſignum fœderis, eſt Eccleſia exornata auro, argento & lapidibus precioſis, hoc eſt, donis Spiritus ſancti, in qua Tabulæ Moſi reponuntur, id eſt, reſeruatur uera doctrina diuinitus reuelata per Prophetas & Apoſtolos.

Facies & propiciato:) Propiciatorium operculum arcæ eſt Chriſtus propiciator generis humani. Rom. 3. 1. Iohan. 2.

Duos quoq; Cher:) Duo Cherubin re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſpicientia propiciatorium, ſunt duo Teſtamenta Vetus & Nouum, quæ utraq; ſolum Chriſtum propiciatorem docent.

Facies & menſam) Deſcribitur reliquus ornatus tabernaculi, ut menſa cum ſuis cohærentijs. Porrō panes propoſitionis dicti ſunt á Iudæis panes facierum, eo qui aſſidue in conſpectu iacebant, ualebant ſinguli una Drachma, parabantur autem Noui per ſingula Sabbata & coram DOMINO proponebantur in menſa aurea. Dicti inde panes propoſitionis latine, quia autem ſoli filij Aaron edebant eos in loco ſancto. Leuit. 24. Significant miniſtros uerbi Deo curæ ſemper eſſe, quantum ad uictum attinet, ut Chriſtus inquit, Dignus eſt operarius cibo ſuo. Matth. 10.

Facies & candelabrum) Candelabrum ſignificat miniſterium uerbi, nec non ipſos miniſtros, quorum lux luceat & in conſpectu Dei & coram hominibus, ut uideant opera eorum bona, Luc. 6. Sic Apoc 1. Candelabra ſeptem aurea uidi, id eſt, ſeptem Epiſcopos Aſię minoris.

Facies & lucernas) Lucernæ ſignificant ipſum uerbum Dei, in Pſal: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis mei. Et Chriſtus inquit, Nemo accendit lu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cernam & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum ut luceat, hoc eſt, Miniſtri uerbi debent docere uerbum Dei.

SCHOLIA IN XXVI. CAPVT.

Sequitur mandatum de extruendo Tabernaculo, & quæ debeat eius eſſe ſtructura & forma, ut ſumma huius capitis ſit forma tabernaculi & ueli, ſitus arcæ propiciatorij, menſæ, candelabri.

Eſt autem hæc tota ſtructura imago Eccleſiæ, Et loci communes de figuris & de Eccleſia, quodque omnia fiant ſecundum præſcriptum diuini uerbi, quòd is ſit populus Dei, cum quo expreſſo uerbo pactum fecit, quodq; amiſſo uerbo Dei, populus ille deſinit eſſe Eccleſia Dei.

SCHOLIA IN XXVII. CAPVT.

Multi ritus & ceremoniæ hoc & ſequentibus capitibus deſcribuntur, quæ omnia iuſſu Dei facta ſunt, & myſteria Noui teſtamenti continent. Quæ omnia uſq; ad uenturum Chriſtum tantum debebant durare, ſicuti & templum cum his omnibus ceremonijs poſtea ſublatum eſt. Monent igitur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tur hæc omnia nullos cultus, quamuis ſpecioſos, quales hi fuerunt ſine mandato Dei, inſtituendos, ſicuti in regno Papę mala imitatio horum rituum fuit. Nam Nouum Teſtamentum non opus habet talibus externis tabernaculis & ceremonijs, niſi quod ad bonum ordinem attinet. Nunc enim adoratores ſunt, qui in ſpiritu & ueritate Deum colunt & adorant.

Porro caput hoc continet formam altaris, quo Chriſtus adumbratur Ebræ. 12. & formam atrij, quo uniuerſitas Eccleſiæ ſignificatur, cum oleo lucernarum, quo Spiritus ſanctus adumbratur. Præcipuus autem locus communis eſt eam eſſe Eccleſiam, quæ uerbum Dei amplectitur, Reliqua in textu patebunt.

Vide in Locis com: Philip: Melan: de diſcrimine ueteris & noui Teſtamenti.

In Tabernaculo teſtimonij) Teſtimonium in Hebræo ſignificat certum locum ut parochiam, quo populus conueniret ad audiendum uerbum Dei, ne ſequerentur ſuas adinuentiones, & hinc inde currerent in montes, ualles, & alios locos ad imolandum Deo.

SCHOLIA IN XXVIII. CAPUT.

Hactenus mandauit Deus Moſi, ut extrui,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

trui, muniri & ornari tabernaculum cum ſuis partibus & cohærentijs atq; ornamentis intus & foris. Nunc iubet ueſtiri, ornari & conſeruari ſummum ſacerdotem & alios miniſtros, qui in Tabernaculo ſeruituri eſſent, ut huius Capitis ſumma ſit, ornatus Aharon ſacerdotis & filiorum eius. Poſtq; enim arca cum tabernaculo, altari & toto ornatu, inſtituta ſunt, inſtituitur & Sacerdotium. Obſeruabis autem hoc ſacerdotium de tribu Leui & Aaronis totum cum omni cultu, ceremonijs & ornatu fuiſſe tanquam umbram noui & æterni ſacerdotij, in quo Chriſtus Sacerdos eſt ſecundum ordinem Melchiſedech, de quo uide Pſalmum 110. & Epiſtolam ad Hebræos, loco diuiſionis huius capitis.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſacerdotio legali.
2. De ſacerdotio æterno.
3. De miniſterio uerbi.
4. De honore miniſtri.

Facieſq; ueſtem) Ornamenta ſummi ſacerdotis Aharonis, ſignificat Chriſtum ornatum auro, argento & lapidibus precioſis & ſumma innocentia, fide, ſpe, patientia, obedientia uſq; ad mortem, mortem autem crucis, ut Paulus Philip. 2. In quo altari cru-

cis his omnibus ornatus Chriſtus ſeipſum Deo patri uictimam pro nobis obtulit. Pręterea ſignificant hi ornatus dona Spiritus ſancti, quibus ueſtitur Eccleſia.

Hæc autem erunt ueſti:) Ornatus Aharonis, quantum ad ueſtes attinet, in his ſex generibus, à Domino præſcriptis conſiſtit, de quibus ſingulis ordine Moſi mādatur, ut eas ueſtes parari curet. Præmittit autem ſuperhumerale, rationali quod hæc ueſtis illi connecteretur.

Facient autem ſuperhu:) Primum genus ueſtimentorum, quod Ebræis Ephod, latinis uero ſuperhumerale uocatur, quia deberet circum humeros cingi, Nam Ephod à cingendo uocatur.

Rationale quoq;) Secundum genus, quod hebræis hoſen & pectorale, latinis uerò rationale uocatur ex græco λόγιον, quia Deus inde loqui & reſponſum dare, ſicut ex propiciatorio ſcribitur.

Doctrinam & ueritatē) In hebræo urim, id eſt, illuminationem ſeu illuſtrationem, Danicè, liuſt, & thummim, id eſt, iuſticiam ſeu perfectionem, Danicè rett, ex quibus ſummo ſacerdoti reſponſa diuina dabantur. Quid autem hæc duo fuerint, nunc

igno-

ignoratur. Vide Iohan: Brentium in ſuis commentarijs ſuper Exodum.

Facies & tunicam) Tertium genus, oblonga tunica ex ſerico ſub humerali uſq; ad talos Aharonis ferè demiſſa.

Stringeſq; tu:) Quartum genus anguſta & linea tunica adhuc interior, & prorſus uſq; ad Talos dimiſſa, quæ uocetur interula ſeu interior ueſtis quæ cuti adhærebat.

Et Thiaram) Quintum genus in capite.

Et Baltheum) Sextum genus.

SCHOLIA IN XXIX. CAPVT.

Sequitur in capite, poſt ueſtituram ſanctificatio ſacerdotis Dei, rituſq; offerendi pro eo, deinde pro reliquis miniſtris conſecrandis, cum mandato de iugi, ut uocant, ſeu quotidiano ſacrificio, quod ad quotidianam papiſtarum Miſſam & oblationem horrendam pro uiuis & defunctis falſò detortum eſt. Summa igitur capitis eſt conſecratio ſummi ſacerdotis & miniſtrorum aliorum, in Aharone & filijs eius primum inchoata Deinde ritus quoq; mactandi & offerendi, de quibus copioſè infrá in tertio libro Moſi, cuius quaſi paraſceue
eſt

eſt hoc caput. Sed ſacerdotium cum omni cultu, diuino mandato inſtitutum eſt, ad ſignificandum æternum ſacerdotium Chriſti, in nouo Teſtamento, in quo cultus ſpiritualis & noui adoratores ſunt. Impiè igitur faciunt, qui in Eccleſia Chriſti ſacerdotium iam pridem abolitum renouant, aut externis cultibus & ceremonijs, ſicuti facit papa, imitari ſtudent.

Pro diuiſione capitis obſeruanda eſt hæc particula, foris extra caſtra, eo quòd pro peccato ſit, quæ non caret ſuo miniſterio, nempe quòd Chriſtus pro peccato reputatus, extra Hieruſalem crucifixus eſt. Vide Ebræ. ultimo.

Loci præcipui ſunt.

1. De conſecrationibus legalibus contra papiſticas conſecrationes, ueſtium, uaſorum, templorum, altarium, campanarum.
2. De Iugi ſacrificio, contra abuſum papiſticæ Miſſæ.
3. De Chriſmate & oleo legali, contra chriſma papiſticum.
4. De impoſitione manuum.

Sed & hoc facies) De conſecratione ſummi pontificis, & concio de paſſione Chriſti per totum hoc caput.

Filios

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Filios quoq;) de miniſtris, qui ad minus ſacerdotium deſtinati ſunt.

Imponent) Locus de impoſitione manuum, quem ritum uſurparunt Apoſtoli, cum deſignarent diſcipulos Act. 7. 8. 13. 19. 1. Tim. 4. 2. Tim. 1. ut etiam hodiè legitima miniſtrorum uocatio his publicis ritibus & ceremonijs declaranda eſt.

Et ſanctificabis eos eleuans coram Domino) In hebręo Et moue illud coram Domino Hic obſeruandum eſt in ſacrificio pacificorum haberi duos geſtus, ſcilicet mouendi & eleuandi. Hebra: Tenupha & Thruma. Tenupha ſacrificium fuit quod dextrorſum & ſiniſtrorſum uentilaretur. Thruma uerò genus uel potius geſtus ſacrificij quod ab imis ad ſuperna eleuaretur, quos geſtus in Canone ſuo ſacrificuli papiſtici, per temerariam imitationem ſeruauerunt, ſicut hoc totum caput etiam in abuſu fuit apud Epiſcopos papiſticos, in conſecrandis ſacerdotibus, altaribus &c.

Suſcipieſq; uniuerſa) Obſeruandum eſt hoc loco ſacrificium pacificorum in tres partes diuiſum eſſe, ut prima Deo, ſecunda ſacerdoti, & tertia poſſeſſori, pro quo offerebatur, cederet.

Hoc eſt quod facies) Locus de iugi ſacrificio:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

crificio. Dicitur iuge ſacrificium, quod quotidie ſuper altare holocauſti offerebatur, ſcilicet agnus mane & agnus ueſpere, præter alia omnia ſacrificia, quo ſacrificandi ritu papiſtæ ſuam priuatam Miſſam defendere fruſtra conantur, ignorantes has figuras omnes euanuiſſe in morte Domini noſtri Ieſu Chriſti. Porrò menſura Iudaica, quæ Hin uocatur, liquidorum eſt, & continet duodecim login, & log continet ſex oua, (Iudæi enim per oua numerare ſolebant) igitur quarta pars unius Hin ſumenda eſſet ad iuge ſacrificium, menſura fuit trium login, id eſt, Decem & octo ouorum, ſaa meget ſom der kand gaa i atten eg, en god ferdig drick oc mere, &c. Hin continet tres ſextarios.

SCHOLIA IN XXX. CAPVT.

Sequuntur plura, quorum exemplaria Moſi in monte fuerunt oſtenſa, nempe de altari Thymiamatis, id eſt, ſuffimenti ſeu boni odoris, & de labio æneo, quibus interſeritur mandatum de modo colligendi pecuniam à populo, qui contribueretur ad ſtructuram Tabernaculi. Præterea innuitur hic unde tam oleum unctionis, quam Thymia-

miama conficiendum erat, ut Summa capitis ſit, forma altaris Thymiamatis, collatio pecuniæ, labium æneum ſeu concha ænea, oleum unctionis & confectio Thymiamatis.

Pro diuiſione obſeruandus eſt hic inſignis locus in hoc capite quod altare Thymiamatis ſemel in anno aſpergeretur. Hebræ. 9. Etiam tabernaculum & omnia uaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit. Et omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur, quod nihil aliud ſignificauit, quàm Chriſti ſanguinem effundendum in nouo Teſtamento.

Loci pręcipui ſunt.

1. De Oratione, quæ per Thymiama ſignificatur.
2. De collectis ſeu de collatione & liberalitate erga miniſterium uerbi.
3. De lotionibus legalibus & utraq; mundicie, ſcilicet externa & interna.
4. De Chriſmate legali, quo Spiritus ſanctus intelligatur.

Facies quoq; altare) Mandatum de altari Thymiatis ſeu incenſi, Significat autem altare Thymiatis orationes piorum & laudes

des & gratiarum actiones, iuxta illud, Immola Deo ſacrificium laudis. Vt Oſeas inquit, Offerte uitulos labiorum &c.

Et adolebit incenſum) Sequitur uſus altaris incenſi.

Locutus eſt Dominus) Locus de collectis ſeu de contributione ad ea, quibus uerbi miniſterium conſeruare debent.

Porrò Siclus moneta & pondus fuit apud Iudæos, qui continebat uiginti Gera, Vnum autem gera continebat pondus ſedecim granorum hordeaceorum. Cum igitur ſinguli Iſraelitæ iubentur in ſumptum ſanctuarij conferre ſingulos dimidios Siclos Eccleſiaſticos, quorum totus duplus eſt ad uulgarem, Manifeſtum eſt ab uno quoq; quartam ferè partem aurei Renani exigi. Nam uulgaris Siclus continet duas drachmas ſeu duos denarios, qui ualent ferè quarta parte aurei Renani. Eccleſiaſticus uerò Siclus continet quatuor denarios, hoc eſt, dimidiam partem aurei Renani. Dederunt autem dimidium Sicli ſanctuarij. Ergo dederunt quartam partem aurei Renani, id eſt, apud nos 12 ſolidos ſinguli.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Locutus eſt Dominus) Mandatum de Labio æneo, quod fuit lauacrum ſeu uas lotioni accommodum, unde Aharon & filij eius ſacra facturi lauarent manus & pedes ſuos, ne morerentur.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moſ.) Mandatum de conficiendo oleo ſancto. Porro confectio Olei ſancti & Thymiamatis, iuxta cuius confectionem præcipitur non aliud faciendum, ſignificat doctrinam & cultum Dei diuinitus nobis datum. Conſeruanda enim pura doctrina & purus Dei cultus eſt, neq; ullo modo adulterandus aut imitatione ſimiles inſtituendi ſine mandato Dei.

Dixitq; Dominus ad Moſen) Mandatum de conficiendo Thymiamate.

SCHOLIA IN XXXI. CAPVT.

Exhibito Moſi in monte exemplari, ſecundum quod extrui Tabernaculum & omnia eius uaſa & utenſilia, nec non ueſtes Sacerdotum fieri curaret. Nunc deſignat ei Deus Artifices ingenioſos & Architectos, qui Tabernaculum extruerent, et omnia iuxta exemplar in monte oſtenſum conſtrueret, ut Summa capitis ſit, uocatio artificum

Beze-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Bezeleel & Acholiab, cum præcepto de Sabbati obſeruatione & Tabularum lapidearum porrectione.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, quod hic locus teſtatur, non ſolum artes liberales, ſed etiam Mechanicas, ueluti Architectonicam atq; alias eſſe dona Dei. Ait enim Deus, Impleui eum ſpiritu Dei, in omni opere, ad excogitandum quicquid ſabrefieri poteſt.

Loci præcipui ſunt.

1. De artibus Mechanicis.
2. De Sabbati obſeruatione.
3. De Tabulis decalogi.

Locutus eſt Dominus) Vocatio artificum, & locus de artibus Mechanicis, quōd ſunt dona Dei.

Tabernaculum fœderis) Breuis repetitio & congeries omniū quæ Moſes in monte, iuxta exemplar propoſitum acceperat, ædificanda.

Et locutus eſt Do:) Repetitio de præcepto Sabbati. Eſt autem Sabbatum noſtrum perpetua uacatio, nempe à malis operibus & intentos eſſe bonis.

Dedit quoq; Do:) Locus de Tabulis lapideis &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXXII. CAPVT.

Hactenus quid in monte actum eſt inter Deum & Moſen, á 25 cap. de ſtructura Tabernaculi &c. deſcriptum eſt. Sequitur hoc capite & ſequentibus duobus, quid infra montem actum eſt, interea dum Moſes in monte manet, & poſt deſcenſum eius, nempe horrendum illud peccatum idolatriæ commiſſum á populo, per erectum Vitulum in abſentia Moſi. Deinde horrenda pœna, quæ ſecuta eſt, cum Tabularum fractione & renouatione, ut huius capitis Summa ſit adoratio Vituli, fractio Tabularum, & interfectio Idolatrarum. Porro de hoc Vitulo uide Pſal. 106. Act. 7. & 1. Cor. 10. Exemplum uero uide 3. Reg. 12. de uitulis Ieroboam.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori peccatum, In altera pœna Idolatriæ deſcripta eſt.

Loci præcipui ſunt.

1. De idolatria.
2. De ſimulacris.
3. De Dijs alienis,
4. De lapſu ſanctorum.
5. De imaginibus.

6. De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

6. De bona, ut uocant, opinione.
7. De ſecuritate impia.
8. De obliuione beneficiorum Dei.
9. De liberalitate præpoſtera.
10. De efficacia orationis piorum.
11. De Iuſta ira Magiſtratus.
12. De charitate fraterna.

Videns autem po:) Prima pars capitis de horrendo peccato idolatriæ, & locus communis de idolatria ſeu falſo cultu Dei.

Dixitq; ad eos Aha:) Locus de lapſu ſanctorum, & exemplum grauiſſimi lapſus in Aharone, ſancto uiro, quales ſunt Dauidis, Petri & aliorum. Monemur igitur his exemplis, ne ſuperbiamus, & ſimus ſecuri, ſicut & Paulus ait, Qui ſtat uideat ne cadat. Nam ſi hæc tantis uiris acciderint, quid non nobis euenire poteſt?

Hi ſunt dĳ tui) Locus de dĳs alienis, contra primum præceptum.

Et ſedit populus) Locus de ſecuritate. Nam culpatur luxus & ſecuritas in his uerbis, uide 1. Corinth. 10. Neq; ſimulacrorum ſitis cultores, ſicut quidam illorum, quemadmodum ſcriptum eſt, Sedit populus &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Dimitte me) Locus de efficacia orationis piorum. Obſeruandum eſt hoc loco, quanta uis ſit orationis, qua ardens ira Dei flectitur.

Cur Domine iraſci:) Oratio Moſi & formula orandi, pro omnibus qui lapſi ſunt.

Et reuerſus) Secunda pars capitis, de pœna idolatriæ, & locus de iuſta ira Magiſtratuum.

Dixitq; ad Aha:) Increpatio Aharonis & ipſius humiliatio.

Videns ergo Moſes) Locus de pœna Idolatriæ.

Facto autem alte:) Exemplum ſummi amoris in Moſe erga populum Iſrael, qui deleri ex libro uitæ propter ſalutem populi cupit, ſicuti Paulus anathema pro fratribus fieri optat. Et 2. Reg. 24. Dauid inquit, Vertatur manus tua contra domum patris mei &c.

SCHOLIA IN XXXIII. CAPVT.

Vt eſt prouerbium, Sequitur gaudia luctus: ita populus hic, qui cum gaudio uano & impio ſedet manducare & bibere etc. nunc luget delictum adorati uituli, poſtquam

quam à Deo per Moſen & Leuitas percuſſus eſt. Pſal.78. Cum occideret eos,quærebant eum &c. Ita cum hic poſt pœnam interfectionis, etiam longe maiorem pœnam & finalem internetionem eis minetur, ad pœnitentiam ueniunt & in conſpectu Dei lugent, & humiliantur. Exemplum nobis hic eſt,ut propter peccata nos pœnitentes humiliemus, ſicuti & Petrus præcipit, 1. Pet. 5. Humiliamini ſub potenti manu Dei. Summa igitur capitis eſt luctus populi, manifeſtum Moſi cum Deo colloquium, in quo uidere uult faciem Dei,iubetur ſtare in petra &c.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt bis poni in hoc capite faciem Dei, ſed diuerſa ſignificatione. Priori enim loco ſignificat facies Dei,non eſſentiam Dei,ſed fauorem,gratiam & amiciciam Dei. Secundo uero loco, ſignificat imperſcrutabilem Dei eſſentiam & maieſtatem, ut in Textu de his admoneamur.

Loci præcipui ſunt.

1. De comminationibus diuinis.
2. De pœnitentia & humiliatione.
3. De placatione Dei.
4. De fauore Dei.
5. De curioſitate humana.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

6. De eſſentia & maieſtate Dei.
7. De Meſſia & promiſſionibus.

Locutuſq; eſt Dominus) Locus de comminationibus diuinis. Minatur enim ſe Deus hic plane derelicturum Iſraelitas, ut populum duræ ceruicis.

Audiens populus ſermo:) Locus de pœnitentia & humiliatione, ubi Deus iubet etiam ſibi certa pœnitentiæ ſigna per ornatus depoſitionem oſtendi.

Moſes tollens Tabernac:) Quōd hic ſit mentio Tabernaculi, non de Tabernaculo in monte demonſtrato, uidetur intelligi poſſe, ſed de communi quoddam tentorio, interim extructo & erecto, propter eos qui cauſas ſuas ad iudices deferebant, niſi textus intelligeretur per anticipationem.

Reſpiciebantq; poſt Moſ:) Locus de Iuſticiarijs, qui tergum Moſi uident, qui legem non intelligunt, nec in faciem eius ueniunt.

Deſcendebat columna) Columna nubis in ianua Tabernaculi, loquens cum Moſe, quaſi dux aliquis præcedens caſtra populi Dei, filius Dei eſt.

Facie ad faciem) Facies Dei hoc loco ſignificat familiaritatem, fauorem, gratiam &

& amiciciam Dei, adeoq; nubem & columnam ignis in quibus Deus ſe præſentem eſſe declarat.

Dixit autem Moſes) Locus de curioſitate humana, Moſes enim prioribus promiſſionibus Dei, non contentus, cupit certior de duce itineris per deſertum reddi. Deſiderans tamen ipſius DEI præſentiam, ſin quo nulla profectio, nulla gubernatio, nulla uocatio lætum exitum ſortiatur.

Porro noſſe ex nomine ſignificat ſummam alicuius curam habere, ſicut Deum uocare aliqui nomine ſuo, id eſt, ex utero matris eum uocare &c.

Qui ait oſtende) pergit Moſes in ſua curioſitate ad altiora, cui Deus de Meſſia concionatur. Humanitas enim Chriſti hoc loco, ſignificata eſt, cum ait Deus poſteriora mea uidebis, Ipſum enim Deum in ſua maieſtate uidere, quod facies eius in hac concione ſignificat, homini eſt impoſſibile. Iubemur ergo Deum incarnatum filium Dei, in quo omnes plenitudo diuinitatis habitat, corporaliter, inſpicere & conſiderare eius ingentia erga nos beneficia. Interea iubetur Moſes in petra ſta-

re, & promiſſum CHRISTVM expectare & prædicare donec ueniat. Vt populus Iſrael, uſq; ad Chriſtum uerbum Dei habeat.

SCHOLIA IN XXXIIII. CAPVT.

Deus ira cõmotus propter adorationem Vituli, ſe per Moſen placatum oſtendit. Hoc capite cum iubeat parari ſemel & adhuc duas Tabulas, ut repetatur Decalogus, & mandatum de uitanda idolatria, quibus adduntur uariæ aliæ ceremoniæ, quæ hoc capite repetuntur, ut Summa hæc ſit inſtauratio Tabularum, prohibitio ſocietatis gentium & idolatriæ, mandatum de ſolennitate azymorum, de primogenitis, de Sabbato, de Feſto trium hebdomadum, de primitijs & quomodo facies Moſi cornuta, populo non ferente uelatur.

Hoc caput in duas partes diuidatur. Altera continet ea quæ Moſi à Deo mandantur. Altera continet excellentiam Moſi, qua facies eius radiabat.

Loci præcipui ſunt.

1. De Tabulis decalogi.
2. De Nominibus diuinis.
3. De oratione.

4.De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. De ceremoniȷ̈s.
5. De Legis impoſſibilitate.

Ac deinceps præcide:) Prima pars capitis de mandatis Dei ad Moſen, et locus com: de Tabulis decalogi.

Cumq; deſcendiſſet) Locus de nominibus diuinis, quibus Dei beneficia proprietateſq; commemorantur.

Feſtinuſq;) Locus de oratione.

Reſpondit Dominus) Repetitio promiſſionis de conſeruatione ſui populi, & de terra Canaan, cum exaggeratione.

Caue ne unquam) Sequuntur aliquot prohibitiones Idolatriæ. Sic Paulus 2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſticiæ cum iniquitate, uide ſuprà in Gene: de Patriarchis qui noluerunt ut filiȷ̈ ſui ducerent filias incircumciſorum.

Solennitatem azy:) Locus de ceremoniȷ̈s, quæ ſeruiunt religioni & miniſterio uerbi.

Cumq; deſcendiſſet) Secunda pars capitis de excellentia Moſi, & locus de excellentia ſanctorum, quam non agnoſcunt, quantumuis, ſicut hic Moſes ſuæ faciei fulgorem, ignorauit. Porro quid ſignificet uelata Moſi facies, uide apud Paulum, 2. Cor. 3.

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXXV. CAPVT.

Hactenus exemplar in monte, cum Dei mandato, de extruendo tabernaculo Moſi propoſitum eſt, Nunc ſequitur operis executio per obedientiam Moſi, nec nō largam & munificam contributionem. Moſes enim Dei mandatum & uoluntatem populo diligenter proponit, & populus ad obediendum ei contribuendumq; in medium ad ſtructuram Tabernaculi paratiſſimus inuenitur. Nam, ut ſequenti capite manifeſtum eſt, conferuntur dona ad extructionem Tabernaculi, multo plura, quâm quibus Artifices opus habuerunt, egregium omnibus pijs exemplum, ut miniſterium uerbi, quiſq; pro ſua uirili ope iuuare & promouere ſtudeant.

Loco diuiſionis Summa capitis obſeruanda eſt. Præcipitur Sabbatum, exiguntur primitiæ & donaria, deuota promptitudo populi offerentis, commendantur. Bezaleel & Aholiab artifices uocantur.

Loci præcipui ſunt.

1. De obedientia.
2. De Sabbato.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

3. De liberalitate erga miniſterium uerbi.

Igitur congregata) Locus de obedientia. Moſes enim fideliter omnia iuxta Dei uerbum inſtituit.

Sex diebus) Locus de Sabbato. Præmittit enim Moſes hoc mandatum ne uerbi Dei miniſterium ſeruilibus operibus labefactetur ac prophanetur Sabbatum.

Iſte eſt ſermo) Reuelatio omnium, quæ Moſes in mandatis acceperat à Deo, conſtitutus in monte &c. quæ deſcripta ſunt à 25 Cap. uſq; ad 32. quæ populo fideliter proponit.

Egreſſaq; omnis) Locus de liberalitate erga miniſterium uerbi.

Dixit Moſes) Locus de artibus Mechanicis.

SCHOLIA IN XXXVI. CAPVT.

Abſolutis utcunque libri huius quinque partibus. Quarum Prima eſt de uocatione Moſi. Secunda de decem plagis Aegypti. Tertia de liberatione populi Iſraelitici ex Aegypto. Quarta de profectione populi per deſertum, & Quinta de legi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

legibus Moſaicis. Sequitur nunc Sexta & ultima pars de extructione & erectione Tabernaculi uſq; ad finem libri. Proceditur enim in opus, & perficitur illud totum, quod Moſi mandatum erat ut fieret, ut hoc 36 capite fabricatio Tabernaculi, cortinarum, operimenti, Tabularum, ueli & aulæ. Deinde reliqua ſequuntur, in ſequentibus capitibus, in quibus nihil habetur ferē, quod annotari poſſit, quia tantum fit repetitio eorum, quæ ante dicta ſunt, ita ut nec uoces uariæ ſint, nec res aliæ.

Pro diuiſione capitum obſeruandum eſt myſterium ex Epiſtola ad Ebræos, quæ hæc omnia, ut umbras & figuras, interpretatur de Chriſto ſaluatore noſtro.

Locus communis in hoc capite præcipuus eſt de liberalitate erga miniſterium. Conferuntur enim dona ad extructionem Tabernaculi, donec prohibitum eſt, ut non amplius contribuerent.

Secundus locus, quōd omnia ſecundum uerbum Dei fieri oportet. Sicut hic omnia fiebant ad exemplum Moſi in monte oſtenſum. Contrarium uerbo Dei uidemus in papatu fieri.

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXXVII. CAPVT.

Repetit id quod de Tabernaculo & eius ornatu extruendo ſupra præceptum fuit. ut ſumma ſit huius capitis, fabricatio arcæ, teſtimonij propiciatorij, menſæ, candelabri altaris & compoſitio ſuffimenti Aromatici. Candelabrum autem ex auro mundiſſimo factum in Tabernaculo lucens, ſignificat uerbum, quod in Eccleſia, lucerna eſt, iuxta illud Dauidis, Lucerna pedibus meis uerbum tuum Domine. Cætera ornamenta tabernaculi, ſignificant Spiritus ſancti dona, quibus fulgent ceu luminaria magna pij in Eccleſia.

SCHOLIA IN XXXVIII. CAPVT.

Deſcribuntur Vtenſilia fabricata ad Tabernaculum, quorum uſus fuit in Sacrificijs & reliquis Ceremonijs ac ornamentis præceptis per Moſen, ut fabricatio altaris, holocauſti, labium æneum, ſupputatio precij per populum oblati.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXXIX. CAPVT.

Præcedenti capite deſcripſit Supellectilem & ornamenta Tabernaculi, hoc uero Capite deſcribuntur ueſtes & ornamenta ſummi Sacerdotis, ut ornatus ueſtimentorum ſuperhumerale, pectorale, tunica, lamina ſacra. Sunt autem hæc omnia figura ſummi Sacerdotis noui Teſtamenti, qui ornatus precioſiſſimis ueſtibus perfecto & ſummo amore Dei patris & proximi, obedientia & alijs uirtutibus & ornamentis Spiritualibus ſeipſum uictimam pro humano genere, Deo patri obtulit. De quo uide Epiſtolam ad Heb:

SCHOLIA IN XXXX. CAPVT.

Paratum Tabernaculum iubetur erigi, collocari & conſtitui, & paratis ueſtibus indui Sacerdotes, ut ſumma ſit erectio Tabernaculi, apparitio gloriæ Domini nube operiente Tabernaculum.

Habemus Exodum ſecundum librum inter 24. libros canonicos, ut uocant, utcunque explicatum, qui debet eſſe nobis

quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quám commendatiſſimus, non tantum propter autorem & dictatorem Spiritum ſanctum, ſed etiam propter legem & promiſſiones, ut alantur in nobis fides, timor, obedientia. Et præſertim quia Chriſtus hinc ſumit argumentum de reſurrectione mortuorum confirmanda contra Saducæos Marci 12. Et Paulus ex hoc libro probat ſolam gratiam dei eſſe cauſam electionis Ro. 9. Miſerebor cuius miſerebor &c.

SCHO-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN LEVITICVM.

LEuiticus tertius Liber Moſi, nomen habet à Tribu Leui, quia potiſſimum de officio Sacerdotum & Leuitarum agit. Ordinatur enim in hoc libro Sacerdotium Aharon, cum ſuis legibus & inſtitutis propter peccatum purgandum & expiandum. Nam docet quibus ſacrificijs uariæ corporis immundiciæ ſint expiandæ,

Quemadmodum enim Moſes in primo libro deſcripſit Creationem rerum & conditionem hominis, unde ortum ſit peccatum & Mors, & per quem futura ſit reparatio amiſſæ per peccatum uitæ æternæ, nempe per ſemen mulieris. Item quomodo humanum genus ſit propagatum & ſimul peccatum creuerit, donec aquis diluuij genus humanum deletum ſit, & quomodo Deus Semen Abrahæ, populum ſibi delegerit, & idem populus iuxta uaticinium Dei abductus ſit in Aegyptum, ac ſecundum promiſſionem ſit multiplicatus.

Deinde quemadmodum in ſecundo libro populus in numerum creuit, & Tyrannide opreſſus eſt, liberatur ab ea, & datur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tur Lex à deo, conſtituiturpolitia regnum, Sacerdotium & Tabernaculum.

Ita nunc conſtituto Sacerdotio & Tabernaculo, certi ritus, ceremoniæ, cultus & Sacrificia, in hoc tertio libro traduntur. Eſt autem omnium Sacrificiorum eadem ſignificatio, ſcilicet, uerum Sacerdotem Chriſtum Ieſum, agnum Dei, qui tollit peccata mundi, fore uictimam & ſacrificium pro peccatis humani generis. Huc .n. pertinent omnia Leuitica ſacrificia, Leuiticæ ſanctificationes et immūdiciæ et alię Leuiticæ obſeruationes, in quibus Chriſtus adumbratur.

Diuidatur & hic liber in ſex partes, quamuis in plures diuidi poſſit, quia multas continet obſeruationes ceremoniales ſeu Eccleſiaſticas, ut meritò uocetur Ordinatio Moſi Eccleſiaſtica.

1. Prima pars incipit ab initio, & uſque ad ſextum caput perdurat, in qua genera aliquot ſacrificiorum deſcribuntur.

2. Secunda pars à ſexto capite, uſque ad nonum, ubi uariæ ſacrificiorum leges recenſentur.

3. Tertia pars à nono capite uſq; ad undecimum, tradit exemplum obedientiæ & inobedientiæ cum mandato de ſobrietate.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. Quarta pars ab undecimo capite, uſque ad decimum octauum continet uarias uariarum perſonarum & rerum expiationes.

5. Quinta pars à decimo octauo capite, uſque ad uigeſimum tertium, ubi uaria præcepta copioſius explicata repetuntur.

6. Sexta pars à uigeſimo octauo capite, uſque ad finem libri continet multas diuinas ordinationes & adhortationes ad obedientiam uerbi dei. Vſus autem legalium ſacrificiorum fuit duplex ſcilicet, Spiritualis & internus, quatenus fuerunt Typi Chriſti, & corporalis ſeu externus, quatenus fuerunt exercitia quædam in externa obedientia erga Deum ad uitandam Idolatriam, & ad diſcernendum inter gentes & Iudæos.

SCHOLIA IN I. CAPVT.

Incipit prima pars huius libri, quæ durat uſque ad ſextum caput, de generibus ſacrificiorum, ubi mox obſeruandum eſt, ſex eſſe genera ſacrificiorum ut ſunt.

1. Holocauſtum.
2. Munus.
3. Oblatio pro pecccato.

4. Obla-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. Oblatio pro delicto.
5. Sacrificium conſecrationis.
6. Sacrificium pacificorum.

Sub quibus uariæ ſacrificiorum ſpecies comprehenduntur ut:

1. Hoſtia pro ignorantia.
2. Libamentum.
3. Votiuum.
4. Anathema &c De quibus ſingulis ſuo loco dicetur.

Primum caput continet, primum genus ſacrificiorum ſcilicet Holocauſtum, quod ab accendendo & conſumendo nomen habet, quia totum ſuper altare accendebatur, id eſt, conſumebatur & comburebatur, Danice Brendoffer. Cuius tres ſpecies in hoc capite enumerantur.

1. Holocauſtum ex armento, ut ex Bobus & Vitulis.
2. Deinde Holocauſtum ex gregibus, ut ex ouibus & capris.
3. Poſtremò holocauſtum ex uolucribus, ut ex Turturibus & pullis columbarum, ut ſumma capitis ſit ritus offerendi armenta, pecudes, aues, quæ ſunt ſacrificia Holocauſtorum.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, ommnia legalia ſacrificia fuiſſe tantum ex-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ternam quandam coram Eccleſia Iudaica reconciliationem uariam & diuerſam, pro ſingulorum neceſſitate, cui reſpondet hodie ferē apud nos publica abſolutio illorum qui ſunt excommunicati, ſed ad iuſtificationem, quæ coram Deo ualet, nullius fuerunt momenti. Heb: 10. Impoſſibile eſt ſanguine Taurorum & Hircorum auferri peccata &c. ut eſt Epiſtola ad Hebræos commentarius in Leuiticum.

Loci præcipui ſunt.

1. De uerbo.
2. De ſacrificijs.
3. De impoſitione manuum.
4. De Holocauſto & Paſſione Chriſti.

Vocauit autem Moſen) Locus de uerbo Dei. Deus enim cum Moſe loquitur & hoc de Tabernaculo teſtimonij, ut in Eccleſia nihil aliud ſonet quam uerbum Dei.

Homo qui obtu:) Locus de ſacrificijs, & regula generalis, quod oblatio animantium non intelligatur de hominibus aut immundis beſtijs, ſed de bobus & ouibus.

Si Holocauſtum fue:) Locus de Holocauſtis, quæ ſignificant Chriſtum totum in cruce pendentem, paſſum & mortuum.

Ponet-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Ponetque ſuper cap:) Locus de impoſitione manuum legali, quæ ceremonia uictimam & puram & mactandam eſſe ſignificat. Sicut hodie manuum impoſitio Paulina, ſignificat eum, qui futurus eſt miniſter uerbi & examinatum & Chriſti ſacris initiandum atque ſub cruce premendum eſſe.

Quod ſi de pecorib:) Secunda ſpecies Holocauſti.

Sin autem de auib:) Tertia ſpecies holocauſti.

SCHOLIA IN II. CAPVT.

Secundum caput continet ſecundum genus ſacrificiorum, quod propriē uocatur munus ſeu oblatio ſeu immolatio, & ā mola nomen habere uidetur, ut oblatio multiplicium panum, Hebraice Corban & mincha, Danice madoffer, cuius ſpecies erant tres. Prima erat ex ſimila ſeu farina munda, nondum cocta. Secunda fiebat panibus ex farina munda coctis aut in Clibano, aut in ſartagine, aut in craticula. Tertia fiebat ſpicis ſeu granulis primitiarum. Quæ omnia concernunt uerum panem ui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tæ Chriſtum, qui ſicut frumentum & grana in mola contunduntur. ita contuſus eſt in cruce pro ſalute generis humani Pſa: 22. Diſſoluta ſunt omnia oſſa mea &c.

Summa igitur huius capitis eſt de oblatione ſacrificiorum ſimilę, Thuris, panum laganorum &c abſque fermento & melle, ſed non ſine Sale.

Pro diuiſione capitis obſeruandus eſt ille locus admodum celebris, in concione Chriſti Ioannis 6. Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi, cuius panis figuræ fuerunt Manna & Mincha. Deinde locus qui eſt Matth: 15. de corban Chriſtus enim huc reſpexit.

Loci præcipui ſunt.

1. De oblationibus.
2. De ſuſtentatione miniſtrorum uerbi.
3. De pane cœleſti ſeu pane uitæ.
4. De fermento & Sale.
5. De primitijs frugum.

Anima cum obtulerit) Prima Species oblationis, & locus de oblationibus, ſicut enim Holocauſtum fiebat ex uiuis animalibus: ita fiebat oblatio ex rebus mortuis, contuſis & coctis ut farina pane laganis &c.

Quod autem reliq:) Locus de ſuſtentatione

tatione miniſtrorum uerbi. Sacerdotes & Leuitæ propter populum, cui ſeruirent, pauperes facti, uiuerent etiam pro parte ex oblationibus, iuxta illud. Dignus eſt operarius cibo ſuo. Item qui ſeruit altari, de altari uiuet. Sic & hodie qui ſeruit Euangelio, ex Euangelio uiuet.

Cum autem obtule:) Secunda ſpecies oblationis.

Panes abſque ferment:) Locus de cœleſti pane ſeu de pane uitæ, Ioan: 6. Cuius hic panis typus eſt, ut quemadmodum hæc ſimila nunc clibano nunc in ſartagine, nunc in craticula coqueretur: ita panis uitæ Chriſtus, in cuius ore non eſt inuentus dolus, nunc in auribus conuitia, nunc in corpore uerbera & uulnera, nunc in corde dolores mortis & inferni paſſus eſt.

Omnis oblatio) Sequuntur tres regulæ generales ad ſacrificia ſeu oblationes Mincha prima de fermento. Secunda de melle & Tertia de Sale, fermentum enim & mel prohibentur. Sal uerò præcipitur, ratio uidetur hæc eſſe, quia fermentum ſignificat impiam doctrinam, quæ ſemper à uera religione ſemouenda eſt. Mel blandicias ſapientiæ carnis ſignificat. Vt enim mel in guſtu dulce eſt, ita in effectu ama-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

amarum, ſed in doctrina cœleſti contrarium ſeruatur, ubi lex amaritudine ſua præcedit & Euangelium ſua dulcedine ſubſequitur, ut agnitionem peccatorum, remiſſio eorum ſequatur.

Sal uerò pręcipitur, quia conſeruatiuum eſt, quo Chriſtus, qui cœleſtis ſal eſt, adumbratur, qui & ad diſcipulos ſuos dixit: Vos eſtis ſal terræ Matth: 5. Marci 9. Coloſſ. 4. Sermo ueſter gratioſus ſemper ſale ſit conditus.

Si autem obtule:) Tertia Species oblationis, & locus de primitijs, quæ Chriſtum quem Paulus primitias uocat, adumbrant. Porro per Thus & Thuris incendium adumbratur oratio Chriſti, clamor in Cruce, id eſt, ſuauiſſimus odor in conſpectu Dei patris.

SCHOLIA IN III. CAPVT.

Tertium caput continet tertium genus ſacrificiorum, nempe ſacrificium pacificorum, ut uocant, id eſt, gratitudinis ſeu gratiarum actionis pro accepto beneficio, qualicunq; tandem à Deo ſeu per benedictionem Dei, Danice tackoffer. Tunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

enim homo pacem & gaudium conſequitur,ut iuſtificati fide pacem habemus, ſic etiam quocunque beneficio accepto quieſcimus,unde ſacrificium hoc à pace nomen habere uidetur. Hic infrà cap: 7. Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum , quæ offertur domino,ſi pro gratiarum actione oblatio fuerit.

Porrro hoc genus ſacrificij,fit iterum ex animantibus,cuius itidem tres ſunt ſpecies,pro diuerſitate animalium mactandorum ſcilicet,bouis,ouis,agni & capræ.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, in hoc capite ſanguinem & adipem prohiberi,ne comedantur in ſacrificijs,quæ prohibitio uidetur hoc myſtice ſignificare,quod meritum paſſionis et ſanguinis Chriſti non transferatur in merita humanæ iuſticiæ. Hoc enim eſt prophanare & contumelia afficere paſſionem Chriſti.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſacrificio pacificorum.
2. De gratitudine & gratiarum actione.

Quòd ſi hoſtia) Prima ſpecies,cum ſuo ritu ſacrificandi.

Si uero de ouibus) Secunda ſpecies de pecoribus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Si capra) Quarta ſpecies.

Omnis adeps) Duæ regulæ generales de adipe & ſanguine non comedendis.

SCHOLIA IN IIII. CAPVT.

Quartum caput continet quartum genus ſacrificij, ſcilicet, oblationem pro peccato. Danice Syndoffer, hoc eſt pro peccatis, errore & ignorantia commiſſis, quibus iraſcitur deus, propter Eccleſiam, talib. criminib. offenſam & ſcandalizatam. Huius ſacrificij quatuor ſunt ſpecies iuxta qualitatem perſonarum, quæ peccant, ut ſunt Sacerdotes, ipſa multitudo populi, princeps & priuatus homo, qui hoſtias offerrent diuerſas pro peccatis, per errorem commiſſis.

Pro diuiſione capitis obſeruandi ſunt egregij loci in Paulo, qui teſtantur hoc ſacrificium reſpicere Chriſtum pro peccatis noſtris paſſum, ut Roma: 8. Peccato condemnauit peccatum in carne. Et 2. Cor: 5. Deus Chriſtum, qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum, hoc eſt, ſacrificium pro peccato fecit. Ad Ebræos 5. capite, Omnis pontifex & 13. animalium.

Loci

Loci præcipui ſunt.

1. Peccato.
2. De criminibus.
3. De magnitudine peccati & peccandi diuerſitate.

Locutuſq; eſt Domi:) Quartum ſacrificij genus, hoſtia pro peccato, & locus communis de crimine.

Si ſacerdos) Prima ſpecies, eſt expiatio peccati ſeu criminis, à ſacerdote per errorem & ignorantiam commiſſi, quod pro dignitate perſonæ ſicut & principis peccatum maius et grauius eſt, quàm uel multitudinis uel hominis priuati.

Nam talium magnorum hominum exempla mala plus nocent alijs & faciunt alios peccare, ut textus oſtendit, hoc loco, Derelinquere faciens populum &c. Item Peccatum quoduis, tanto conſpectius, in ſe, crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Quod ſi omnis turba) Secunda ſpecies eſt expiatio criminis à tota multitudine commiſſi. Exemplum habes Exod: 32. de toto populo peccante per erectionem uituli aurei.

Si pecccauerit princ:) Tertia ſpecies de ſacrifi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſacrificio pro expiando peccato principis, quod itidem graue eſt, ut ſacerdotis propter exemplum. Talis enim eſt populus, quales ſunt principum mores. Item Quicquid delirant Reges plectuntur Achiui. Eſa. Væ terræ, cuius principes mane ſurgunt ad inebriandum.

Quōd ſi pecca: auí:) Quarta ſpecies de peccato ignorantiæ commiſſo ab aliquo de plebe, homine priuato &c.

SCHOLIA IN V. CAPVT.

Quintum caput continet quintum genus ſacrificij, nempe oblationem pro delicto. Danice Skyldoffer. Differt autem delictum à peccato, quod hoc ſit commiſſionis illud omiſſionis defectus. Peccatum enim eſt illud, quod fecimus, & non debuimus facere, Delictum uerò quōd non fecimus, quod debuimus facere, quam differentiam decem præcepta decalogi clare ſatis oſtendunt, ut quando non ſanctifico Sabbatum, non honoro parentes, delictum eſt. Quando uerò blaſphemo nomen Dei, quando occido, peccatum eſt: Præmittit autem hoc capite quædam exempla tàm

tãm delicti,quàm peccati,quibus homines reos utriuſque transgreſſionis eſſe demonſtrat, ut ſumma capitis ſit de iuramentis. de expiatione tangentis immundum & de expiatione iuramenti & delicti per errorem ſeu ignorantiam.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt illud Pauli Roma 1. Non ſolum digni ſunt morte,qui quod malum eſt faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus iuxta illud,Faciens et conſentiens pari pœna puniuntur. Addamus & Chriſti dictum, Cum omnia bona opera fecerimus,inutiles ſerui ſumus, Quæ enim facere debuimus, & fecimus.

Loci præcipui ſunt.

1. De iuramento.
2. De conniuentia in malo.
3. De immundicia fugienda.
4. De cura Dei pro pauperibus.
5. De ſacrificio pro delicto.
6. De ſanctificatis deo non auferendis.
7. De fragilitate humana.
8. De reſtitutione ablati.

Si peccaue: anima) Primum exemplum, quo admonemur non eſſe conni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uendum cuiquam in malo, alioqui enim participes erimus alieni peccati.

Anima quæ tetige:) Secundum exemplum, de negligentia ſuæ immundiciæ expianda. Significat autem nullum hominem remiſſionem peccatorum conſequi non præmiſſa aliqua peccati & naturalis immundiciei cognitione & agnitione. Hypocriſis enim eſt, ut Saulis, non uera pœnitentia, ut Dauidis.

Anima quæ iura:) Tertium exemplum de iuramento temerario ſeu incogitantia & facilitate effutiendi quiduis in proximum præſentem uel abſentem. Huc incognita peccata referuntur, iuxta illud. Delicta quis intelligit.

Sin autem non potue:) Correctio & pro pauperibus diuina cura & ſollicitudo, ſeu diſpenſatio, iuxta illud. Vltra poſſe uiri, non uult Deus ulla requiri.

Locutuſque eſt Dominus) Quintum ſacrificij genus, ſcilicet pro delicto. Danice Skyldoffer, ut qui de ſanctificatis quid ſuſtulerit, omiſerit, mutauerit. Et locus de reſtitutione ablati.

Anima quæ pecca:) Locus de fragilitate & delicto in genere. Huc adde locum de negatione depoſiti ex ſequenti capite.

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN VI. CAPVT.

Enumeratis hucuſq; generibus aliquot ſacrificiorum ab initio libri. Sequitur ſecunda pars huius libri de uarijs legibus ſacrificiorum, ut Holocauſti, hoſtia pacificorum, hoſtiæ pro peccato, conſecrationes Sacerdotum &c. uſque ad nonum caput.

Porro caput hoc ſextum continet quatuor leges ſacrificiorum, ut ſunt, lex holocauſti, lex pacificorum, lex hoſtiæ pro peccato Sacerdotis, & lex hoſtiæ pro peccato in genere. Præterea poſt primam legem nempe Holocauſti, ſubinfertur lex de perpetuo igne nutriendo per ſacerdotem in altari. Summa igitur capitis eſt, quod continet præcepta de ſacrificijs pro uariorum peccatorum expiatione. Seorſum uerò oblationem Aaronis & filiorum eius in die unctionis ſuæ ac alia uaria genera ſacrificiorum.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt perpetuum ignem ſignificare perpetuam, in nouo Teſtamento miniſterij uerbi & prædicationis Euangelij de paſſione & morte Chriſti, conſeruationem, ut ſem-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

per in cordibus piorum luceat & innoteſcat.

Loci præcipui ſunt.

1. De perpetuo igne & de prædicatione Euangelij.
2. De Sacerdotibus & de unctione.

Locutuſq; eſt Dominus) Prima lex ſcilicet Holocauſti. Vtitur autem Moſes hac præfatione ſolita,ut oſtendat ſacrificiorum leges à ſe confictas non eſſe , ſed à Deo inuentas & inſtitutas. Ideo ſic incipit. Locutus eſt dominus ad Moſen &c.

Ignis autem in alta:) Locus de iugi ſacrificio,ſeu de perpetuo igne, quem locum in Papatu temeraria imitatione ſemper obſeruarunt in lampadibus dies & noctes ardentibus cum fuerit tantum figura lucis Euangelicæ (quam Papiſtæ non habuerunt in tenebris ignorantiæ ſuæ) perpetuo conſeruandæ.

Hæc eſt lex) Secunda lex ſcilicet pacificorum.

Locutuſq; eſt Dominus, Tertia lex ſcilicet hoſtiæ pro peccato ſacerdotis.

Locutus eſt Dominus ad Moſ:) Quarta lex,ſcilicet hoſtiæ pro peccato in genere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN VII. CAPVT.

Pergit in enumeratione legum ſacrificiorum. Primum enim ponit legem hoſtiarum pro delicto. Deinde legem hoſtiæ pacificorum amplificat & in ſuas ſpecies deducit,additis regulis & de adipe & ſanguine ut ſupra cap: 3. ut ſumma capitis ſit lex hoſtiarum pro delicto, lex oblationis pacificorum,ſanguis & adeps non comedendus.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt hoc præcipuè quod (ſicuti Paulus ait) Deus ipſe conſtituit, ut qui altari ſeruiunt, de altari uiuant. Nam hic de ſingulis ſacrificijs certa pars Sacerdotibus adſignatur. Voluit enim Deus Sacerdotes ſuum certum habere uictum, ne laboribus agriculturæ aut cura rei familiaris ã ſtudio Sacrarum literarum & munere Eccleſiaſtico abducerentur.

Loci præcipui ſunt.

De ſtipendio ſeu mercede miniſtrorum uerbi.

Hæc quoq; eſt lex) Quinta lex ſcilicet hoſtiarum pro delicto.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Hæc eſt lex pacifi:) Amplificatio legis pacificorum.

Si pro gratiarum) Prima ſpecies quid pro gratiarum actione ſit offerendum.

Si uoto uel ſponte) Secunda ſpecies ex uoto uel ſponte.

Caro quæ aliquid te) Tertia ſpecies & regula de hoſtijs pacificorum.

Locutusq; eſt Dominus) Sequuntur regulæ de adipe & ſanguine non comedendis, in ſacrificio pacificorum ſupra cap: 3.

Si quis) Comminatio.

Locutuſq;) Amplificatio hoſtiæ pacificorum.

Hæc eſt) Concluſio capitis de unctione Aaron, quæ in Exodo traditur.

SCHOLIA IN VIII. CAPVT.

Sequitur lex conſecrationis ſacerdotum nempe Aharonis & filiorum eius. Moſes enim deſcribit, quomodo Aaron & alij quoque ſuis ueſtibus induantur & omnia oleo unctionis ſanctificentur. Deinde quomodo & ipſe Aaron oleo ſancto ungatur, quod oleum ſpiritum ſanctum ſignificat, quo credentes in Chriſtum, unguntur, ſanctifi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cantur & fiunt regale ſacerdotium (ut ait Petrus) Aaron autem ſignificat Chriſtum ſummum ſacerdotem, quem Deus unxit (ut Pſal: 44.) oleo læticiæ præ conſortibus ſuis Porro ornatus ſacerdotis ſignificat miniſtros uerbi debere ornatos eſſe donis ſpiritus ſancti et paratos ad uictimam & confeſſionem in laudem Dei. Deſcribuntur hic uaria ſacrificia facta pro Aharone & Sacerdotio, quæ omnia Chriſtum ſignificant, qui ſuo ſanguine & ſacrificio, ſacerdotes & totam Eccleſiam ſit mundaturus. Mandatum Dei de hac conſecratione uide Exod: 28. & 29.

Pro diuiſione capitis reuocanda eſt in memoriam temeraria Papiſtarum imitatio, qua ſuos Miſſatores, Sacrificulos, Templa, altaria &c. conſecrabant externis unctionibus, ignorantes in nouo Teſtamento ſpirituales unctiones eſſe, remiſſionem peccatorum, iuſticiam, uitam æternam.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſacerdotio.
2. De ceremonijs.
3. De unctione legali & ſpirituali.

Locutusq; eſt) Mandatum Dei, pariter & obedientia Moſi in conſecrandis ſa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cerdotibus,ubi per totum caput obſeruandæ ſunt hæ particulæ, Sicut præceperat ei Dominus. Vt iuſſerat Dominus &c. ne quis temerario, more papiſtarum, auſu, quicquam uel addat uel ſubtrahat uerbo Dei.

Obtulit & Vitulum) Ritus mactandi & offerendi,ſuprà cap: 29. Vbi ad uerbum, pleraque etiam habentur, quæ hic ad finem uſque capitis repetuntur. Significat autem hæc repetitio Spiritus ſancti ſerium Dei mandatum, de obſeruandis omnibus, quæ populo Iſraelitico per Moſen propoſita ſunt,& tantum de hoc capite.

SCHOLIA IN IX. CAPVT.

Sit hæc tertia pars huius libri uſq; ad undecimum caput, in qua tria exempla continentur. Primum obedientiæ. Secuncundum & tertium ſobrietatis. In hoc enim nono capite deſcribitur obedientia Moſi, qua primum Aaronem pro ſe & liberis ſuis. Deinde pro populo quoq; expiando ſacrificia facit. Vt ſumma ſit prima Aaronis oblatio pro ſe & populo, Benedictio populi,apparitio gloriæ domini, in qua ignis à Domi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Domino egreſſus conſumit Holocauſtum.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt hanc corporalem & externam benedictionem, mutatam eſſe in ſpiritualem benedictionem in nouo Teſtamento, Eph. 1.

Loci pręcipui ſunt.

1. De obedientia.
2. De benedictione legali & ſpirituali.

Reliqua omnia patent in Textu.

SCHOLIA IN X. CAPVT.

Hactenus exemplum obedientiæ, ſequitur nunc contrarium exemplum ſcilicet inobedientiæ, pariter & eiusdē ſceleris pœna. Nadab enim & Abiu filij Aaronis comburuntur igni, quod ignem alienum contra dei mandatum obtulerint. Quo primum hoc monemur, ne quod opus, ne quem cultum, niſi ā Deo mandatum & præceptum offeramus. Deinde ne oratio in alterius nomine, quam Mediatoris Chriſti, imo ne quod opus ſine hoc Mediatore offeratur. Porrò hac eadem occaſione interdicitur Sacerdotibus uinū, quando uerſantur in Tabernaculo, ne inebrientur, aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

inebriati relabantur ad impietatem & falſum cultum Dei, exemplo Nadab & Abiu. Eſt ergo hic tertium exemplum quoq; ſobrietatis, & in cibo & potu temperantiæ & mediocritatis.

Caput in duas partes diuidatur. In priori horrendum exemplum inobedientiæ. In altera uerò uini interdictio facta ſacerdotibus, deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De inobedientia & pœna inobedientiæ.
2. De falſo cultu Dei & electicijs operibus.
3. De bona (quam uocant) opinione.
4. De ſobrietate.
5. De ignorantia & condonatione.

Arreptiſque Nadab) Prior pars capitis, de horrendo exemplo & pœna inobedientiæ. Porro ignis alienus, quem obtulerunt, dicitur ignis prophanus, non de altari ſumptus, ut ſupra cap: 6 mãdatum eſt, ut & infra hoc eodem capite monet, cum inquit, ut habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum. Videtur etiam intelligi poſſe de illegitimo Thymiamate,

prohibito. Exod: 30. Quare nullum illegitimum ſacrum, id eſt, quod non eſt uerbo Dei mandatum, faciendum eſt nec inſtituendi ſunt ſacri cultus ex humanæ rationis iudicio neque ex noſtris affectibus ut miſſa priuata, & alij cultus Papiſtici inſtituti ſunt, ſed ex certo uerbo Domini.

Locutuſq; eſt Moſes) Prohibentur ſacerdotes lugere eos, qui iuſto Dei iudicio ſunt interfecti, ne uideantur uoluntati Dei reſiſtere uelle. Sic infra de Dathan &c. & act. 5. de Anania & ſimilibus, & hodie iuſto Dei iudicio multos è medio auferri uidemus, qui nō ſunt à miniſtris uerbi lugendi.

Dixit Dominus ad Aaron) Altera pars capitis de exemplo Sobrietatis. Ebrietas enim nihil moderabile ſuadet.

Locutuſque eſt Moſ:) Repetitio diuinæ ordinationis in conſolationem reliquorum filiorum Aaronis, ut ipſi pergant & non deſpondeant animum propter eos qui ultimo ſupplicio affecti ſunt. Transgreſſores.n puniuntur et diuina ordinatio manet.

Inter hæc Hircum) Locus de ignorantia facti, quæ condonari ſolet, cum interim contemptus Dei puniatur. Hircus hic ex dolore neglectus & totus præter expectationem combuſtus eſt, contra mandatum Dei,

ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſed ignorantia non affectata miniſtros excuſat, Et Moſes delictum condonat.

SCHOLIA IN XI. CAPVT.

Sequitur quarta pars libri de animalibus mundis & immundis, deque uarijs & perſonarum & rerum expiationibus uſque ad decimum octauum caput, quæ omnes unicam expiationem, quæ per Chriſti ſanguinem facta eſt, adumbrarunt, Heb: 9. Porro hoc Caput undecimum continet præcepta, quæ iubent à quorum animantium Eſu ſit abſtinendum, uidelicet primum à quorum terreſtrium animantium abſtinendum ſit. Deinde aquatilium. Tertio uolatilium. Quarto reptilia animantia ſunt prohibita. Cauſſæ huius delectus & huius prohibitionis, quanquam aliquot multæ poſſunt excogitari. ſcilicet homines abhorrere naturaliter ab eſu quorundam animalium, item Deum habere curam ſalutis populi ſui. Tertio per hoc ſignificatum eſſe homines natura propter peccatum immundos eſſe. Quarto diſcerni per hunc delectum Iudæos à gentibus &c. Tamen hę duę uidentur eſſe præcipuę, ſcilicet quod Deus

Deus his prohibitionibus requirat aliquam legalem obedientiam, & externam diſciplinam in populo ſuo ad tempus plenitudinis, correctionis &c. Deinde ne haberent ullam occaſionem proprios & electicios cultus excogitandi. Dabo eis præcepta non bona.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt has prohibitiones in nouo Teſtamento nullum habere locum, ſed tantum fuiſſe Iudaico populo ad tempus correctionis impoſitas, Sicut Paulus Coloſſ: 2. teſtatur, nos ab eis liberatos eſſe, quotquot in Chriſtum credimus, cum inquit, Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi (ſic enim uocat tales traditiones) quid tanquam uiuentes mundo decretis tenemini? Et 1. Timoth: 4. Omnis creatura Dei bona &c. Et Gene: 9. Omne quod ſe mouet & uiuit, erit uobis in eſcam &c. Quare toto cœlo Papiſtæ ſuo ciborum delectu, centenis aliquot annis errauerunt, & laqueos conſcientijs hominum impoſuerunt. Sed Deo ſit gratia, Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

Loci præcipui ſunt.

1. De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

1. De ceremoniis & inſtitutionibus legalibus.
2. De zelo Dei erga ſuum populum.
3. De electiciis cultibus fugiendis.
4. De naturali omnium hominum immundicie per Baptiſmum & pœnitentiam expurganda.
5. De diſcrimine ciborum.
6. De diſcrimine Iudæorum & gentium.
7. De obedientia erga Deum, omnia munda mundis,

Et locutus eſt Do:) Exordium de diuino mandato.

Hæc ſunt Animalia) Deſcripturus Moſes, quæ animantia munda, quæ immunda, præmittit terreſtria, quæ diuidit in ungulata & non ungulata, Deinde in ruminantia & non ruminantia.

Hæc etiam ſunt) Secundum genus eorum, quæ ſunt aquatica, quæ diuiduntur in pennata & non pennata. Deinde in ſquamata & non ſquamata.

Hæc ſunt de auibus) Tertium genus eorum quæ ſunt altilia ſeu uolatilia, quæ diuiduntur in carniuora & non carniuora, deinde in quatrupedia uolantia & ſaltantia,

Omnia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Omnia animalia) Repetitio primi generis animantium.

Hæc quoq; inter) Quartum genus eorum, quæ reptantia dicuntur, alia breuioribus pedibus, alia ſine pedibus ſuper pectus gradientia.

Qui tetigerit) Sequuntur aliquot regulæ concernentes hoc quartum genus, ex mandato Dei diligenter obſeruandæ.

Quicquid ſuper pectus) Altera ſpecies reptilium ſcilicet eorum quæ ſuper pectus gradiuntur, uel cum pedibus uel ſine pedibus.

Ego ſum Dominus) Concluſio capitis, quod Deus affirmat ſe ſui populi Deum, id eſt, adiutorem & protectorem fore, modo uelit unusquiſque debitam ei gratitudinem & obedientiam exhibere. Porrò ſanctum eſſe ſignificat ſegregatum eſſe ab omni gentium immundicia, celebris locus, quem Diuus Petrus allegat 1. Pet: 1. Per ſanctitatem intelligens uitæ nouitatem.

SCHOLIA IN XII. CAPUT.

Tranſit Moſes ab animantibus immundis

dís ad homínes, quí in lege ſunt iudicati immundi. Proponít autem hoc capite, leges de puerperarum purificatione et mundatione, quomodo ſcilícet mulieres poſt partum ſint purgandæ. Significat uerò hæc purificatio & conceptionem & natiuitatem noſtram eſſe impuram & damnatam, propter peccatum originis, & opus eſſe renaſcentia & alia mundatione, quæ fit per aquam & Spiritum ſanctum. Sic Dauid Pſal: 50. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Aſperges me &c. Quod Ioannes his uerbis dicit, 1. Ioan: 1. Sanguis Ieſu Chriſti emundat nos ab omnibus peccatis.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt hanc legalem purificationem ã Chriſtianis mulieribus neceſſario non requiri. Sunt enim per Chriſtum à ceremonialibus legibus Moſi liberatæ. Quare etiam introductio mulierum non eſt neceſſaria, Quod autem non procedunt in publicum ſed manent intra parietes ſex ſeptimanas á partu piæ mulieres, id iam non lex Moſi præcipit, ſed ipſa natura docet, & neceſſitas poſtulat, ne mulier in partu debilitata Deum tentet, ſeque pariter & prolem, ſuæ fortitudinis, quam non habet, præſumptione, perdat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

dat. Quod uerò nnnc alicubi introducuntur mulieres in Eccleſiam à miniſtris uerbi, facit ad publicam honeſtatem conſeruandam,& ad remouendam omnem ſiniſtram ſuſpicionem, de fortitudinis præſumptione &c.

Loci præcipui ſunt.

1. De puerperis & puerperio.
2. De mundicia & immundicia legali.
3. De conceptione humana:
4. De generatione liberorum.
5. De libertate Chriſtiana.
6. De maſculini ſexus prærogatiuis.

Reliqua patent in textu ſine difficultate, tàm de mundatione puerperarum, quàm de oblatione, quibus adde hiſtoriam Luc: 2. de Diuæ uirginis Mariæ purificatione, & locum ad Gal: Factus ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret.

SCHOLIA IN XIII. CAPVT.

Pergit Moſes ad alios, qui ſecundum legem immundi ſunt iudicati, nempe ad leproſos, item ad ueſtes & domos leproſorum emundandas. Eſt autem lepra con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tagium lætale procꝫ parte incurabile, quo totus homo uiuus adhuc exiſtens corrumpitur, non ſecus atqꝫ cadauer terræ mandatum & ſepultum à uermibus corroſum paulatim conſumitur. Quare tales ab aliorum hominum conuictu & conuerſatione ſeparari & ſecludi in locis ſolitarijs propter contagium ſolent. Lentigo enim illa ſeu ſcabies noua uel uetus in toto corpore exiſtens facile contaminat alios quoque ſi in eodem contubernio reperiuntur. Nam anguſtia & fœtor anhelitus, adeoqꝫ fœtidus ſudor, caro uiua puſtulæ albæ &c. contagio præſentes lædunt. Ideo leproſi, certis quibuſdam ſignis ex natura morbi prouenientibus, cognoſci, & ab alijs hominibus diſcerni poſſunt, ut eſt in facie color rubeus, ad nigrorem uergens. Raucedo uocis, raritas capilli, uenæ apparentes in facie & in pectore &c. Quare etiam iubentur habere ueſtimenta diſſuta, caput nudum, labia inuoluta ſeu contecta, manſionem extra contuberinum aliorum hominum, ne per eos alij contaminentur & leproſi fiant. Quantum uero attinet ad corporis ſuſtentationem & animæ conſolationem, conſtituuntur illis à Magiſtratu certi quidam miniſtri, qui cum ad hoc legitimè uo-

cati

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cati ſunt, non debent à leproſis abhorrere, intantum, ut negligenter curentur, ſed alioqui ſe cuſtodire poſſunt, & Deum orare ne contaminentur.

Summa igitur huius capitis eſt, de lege leproſi hominis, & de ueſtibus, lepra, contaminatis, adeoq; conſideratio & diſtinctio lepræ à lepra.

Pro diuiſione capitis, obſeruandæ ſunt, in hoc capite, ſex ſpecies lepræ, quæ certis à ſe ſignis diſcernantur, ut apparebit in Textu. Præterea cum peccatum ſit cauſſa tam lepræ, quàm aliorum morborum, ut Num: 12. 2. Reg: 3. 2. Paral: 26. deprecandum eſt in conſpectu Dei, ut peccatum tollat & pœnam mitiget.

Loci præcipui ſunt.

1. De leproſis & morbo lepræ.
2. De ſanitate ſeruanda.
3. De cura Dei pro ſuo populo.
4. De autoritate Sacerdotum.
5. De allegoria peccati per lepram.

Locutuſque eſt Dominus) Exordium de lepra in genere, deq; mandato præſentandi leproſos coram ſacerdote, uidelicet, ut iudicet ipſe de lepra, ſit ne uerè lepra, uel alioqui ſcabies aut alius defectus & prout iudicauerit ſacerdos, debet homo talis uel

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cum alijs hominibus conuerſari, uel ab eis ſeparari. Huc refer illud Chriſti dictum ad leproſos, Ite & oſtendite uos ſacerdotibus. Luc: 17.

Qui cum uide:) Prima ſpecies lepræ, cuius ſignum eſt, ſi pili in puſtula, ſeu plaga fuerint in album colorem mutati, Deinde ſi ſpecies puſtulæ ſeu plagæ humilior fuerit reliqua parte carnis & cutis.

Cumque color albus) Secunda ſpecies cuius ſignum eſt præter album colorem & albos pilos, etiam uiua caro id eſt, putrida.

Caro autem & cutis) Tertia ſpecies lepræ exulceroſæ, cuius ſignum tumor alb. ſiue albedo ſubruffa, in loco ſanati ulceris, cum pilis in album uerſis in loco depreſſiore.

Caro autem & cutis) Quarta ſpecies ex igne, cuius ſignum cicatrix alba ſeu ruffa ſanatæ aduſtionis, cum uerſis pilis in album & loco depreſſiore.

Vir ſine mul.) Quinta ſpecies lepræ in capite, cuius ſignum eſt capillus eſt flauus & ſubtilis in loco depreſſiore capitis uel barbæ.

Sin autem in cal:) Sex: ſpecies in caluitio lepræ, cuius ſignum eſt albus uel ruffus color in loco caluitij.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Quicunq; ergo) Leproſus quomodo ueſtitus incedere debet, haud dubie ut ab alijs etiam procul eſſe leproſi cognoſcerentur per ueſtes diſſutas &c.

Veſtis quoq;) Hactenus de lepra perſonæ, nunc de ueſtibus lepra contaminatis agit, quę lepra ueſtium nobis incognita eſt. Videmus tamen hic etiam Dei ſollicitudinem pro ſuis in ſeruanda illorum ſanitate, cum malit ueſtes, quam homines interire.

Porro lepra ueſtium fuit contagioſa immundicies in laneis & lineis, in ſtaminibus ſubtegminibus, et pelliceis ueſtibus ad comburendum uel lauandum pro iudicio ſacerdotum.

SCHOLIA IN XIIII. CAPVT.

Hactenus de lepra hominum & de lepra ueſtium cum ſuis ſpeciebus, ſequitur adhuc de lepra domorum, adeoq; de immundatione leproſorum pariter & domorum lepra contaminatarum, ut ſumma huius capitis ſit, lex mundandi hominis leproſi, deinde conſideratio & purgatio domus leproſæ. Porrò mundatio leproſorum, tametſi legalis eſt, & nihil ad nos Chriſtianos pertinet,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tamen obſeruanda eſt, quia ueram mundiciem & liberationem à peccatis adumbrauit Quicquid itaque de leproſis iuxta Moſi legem mundandis habetur, idem de peccatoribus agentibus pœnitentiam intelligendum eſt.

Diuiditur hoc caput in duas partes. Altera de hominum leproſorum, altera de ædium lepra infectarum mundatione loquitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De mundatione.
2. De oblationibus.
3. De cura pauperum.
4. Quod aliæ res ſeu creaturæ propter hominum peccata puniuntur.
5. De ſanguine Chriſti adumbrato in ſanguine paſſeris ſeu auiculæ.

Locutuſque eſt Dominus) Prima pars capitis, in qua præſcribitur, quo ritu, & quibus ſacrificijs lepra hominis purgetur. Porro mundare ſignificat hic mundum pronunciare ſeu ceremonia ſcilicet externa mundum declarare eum, qui prius eſt mundus. Lepram enim curare opus eſt uirtutis diuinæ non humanæ. 4. Regum 5.

Egone

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Egone Deus ſum, ut interficiam & rurſus uitæ reſtituam. Sunt uerba Regis Iſrael de Naaman Syro. Vide Matth: 8. 10. Lucæ 17. de Chriſto mundante leproſos, Vide Lu: 5. & 17. Quomodo lepra mundatum Chriſtus remittit ad ſacerdotes ſecundum hanc legem Moſi. Ite oſtendite uos ſacerdotibus, ſicut præcepit Moſes in teſtimonium illis.

Qui egreſſus) Sequuntur ritus mundandi leproſos. Porro hæc omnia paſſeres, cedrum, coccum, hyſſopus, uas fictile, aqua recens, ſeptena aſperſio, ueſtium ablutio, pilorum raſura, Chriſti ſanguinem & ſpiritualem hominis uerè pœnitentis ā peccatis mundationem adumbrant. Zippor eſt generale nomen ad omnes aues & tamen interdum ſpecialiter pro paſſere accipitur.

Quod ſi pauper eſt) Locus de cura pro pauperibus, Vide ſimilem locum ſuprā capite 12. Beatus qui reſpicit egenum & pauperem Pſalm: 41. Is enim Deum imitatur.

Locutuſque eſt Do:) Altera pars capitis, in qua purgatio domus leproſæ præcipitur. Fuit autem lepra domorum abo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

minabilis aliqua fœditas in parietibus, pauimento & laquearibus.

SCHOLIA IN XV. CAPVT.

Sequuntur, in hac quarta, libri huius, parte, plures immundicierum ſpecies, quæ ſuæ purgationis leges habent à Deo Moſi mandatas, & hoc capite ſeorſum agitur, de uarijs fluxibus immundis uirorum & mulierum ex ſecretiori loco, qui per carnem hoc capite, ſuam habet circumlocutionem, ut ſolent Hebræi rem obſcœnam honeſtē circumloqui. Iudicantur autem hi fluxus partim eſſe morbi, partim etiam prauorum motuum effectus. Vide Auguſtinum in libro de bono coniugali, cap. 20. Tomo 6. ubi uocat huiuſmodi fluxum materialem informitatem, & libro de Trinita: 11. cap. 4. ubi uocat illuſionem in ſomnis per imagines &c. Quod autem morbus ſit, ſeminis fluxus, apparet 2. Reg: 3. ubi Dauid ſeminis fluxum imprecatur ipſi Ioab, poſt interfectum Abner, in dolo. Cæterum ſiue ſit morbus, ſiue peccatum, fructus eſt & pœna peccati originalis, ut menſtruum in mulieribus &c. qui fluxus non ad-

monet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

monet de omnibus, quæ uel facimus uel patimur, quod ſint originali peccato contaminata, nec non indies fide expurganda.

Huius itaqꝫ capitis ſumma, quæ in fine capitis comprehenditur, Hæc eſt de uiro Seminifluo, de muliere menſtruata & ſanguiniflua, & purgatione eorundem.

Diuidatur autem in duas partes, quarum altera uirorum, altera mulierum immundiciem & immundiciei purgationem, quantum ad fluxum ſeminis aut ſanguinis attinet, concernit.

Loci præcipui ſunt.

1. De fluxu ſeminis.
2. De nocturnis pollutionibus.
3. De menſtruo ſeu fluxu ſanguinis.
4. De immundicie originalis peccati.
5. De cogitationibus & imaginationibus libidinoſis cauendis.

Locutuſqꝫ eſt Do:) Prima pars capitis de uiro fluido, ſeu fluxum ſeminis patiente, qui fluxus hic innuitur fieri duobus modis, primo modo, uigilanti uiro, uel nimio ſeminis fluxu, uel ſauciato ſecretiore loco propter ſeminis conſtipationem. Secundo modo dormienti uiro per nocturnam pol-

lutionem ſeu ſomniale ſemen, id eſt, quod in ſomno effluit.

Et tunc iudicabitur) Primus modus fluxus uiri.

Omne ſtratum) Exaggeratio huius immundiciei, quod quicquid talis uir attigerit immundum iudicetur. Porrò Sagma ſellam ſignificat, in Hebr: mercaf ſignificat Ephippium, ſellam, currum, quadrigam.

Si ſanatus fuerit) Sequuntur ceremoniæ, quibus curatus talis uir, mundus iudicatus eſt.

Vir de quo) Secundus modus ipſius fluxus uiri, ſcilicet ſomnialis fluxus, in Hebræ: *Semen* ſtrati, quo intelligitur effuſio ſeminis, quæ in ſomnis accidere ſolet, præter dormientis uoluntatem, unde etiam kæri id eſt, euentum Heb: uocant.

Mulier quæ redeunte) Altera pars capitis de muliere fluida ſeu menſtruoſa, hoc eſt, fluxu ſanguinis laborante. Porrò tempus menſtruorum Hebraiſmus uocat ſeparationem, quia ſeparata eſſe deberet à commercio mariti, atque aliorum hominum conſuetudine, maximè ab ingreſſu Tabernaculi atque contactu rerum mundarum. Vide infrà cap: 18. & 20. & ſupra cap.

cap: 12. Porro menſtruum innuitur hoc capite duobus modis accidere, ſcilicet, in tempore menſtrui, & etiam extra tempus ſolitum &c,

Mulier quæ redeun:) Primus modus ſcilicet tempore menſtrui.

Omnis qui tetig:) Exaggeratio huius immundiciei.

Mulier quæ patitur) Secundus modus ſcilicet extra tempus menſtrui, ſeu ſemper ut in Euangelio Matth: 9. de muliere profluuio ſanguinis laborante.

Omne ſtratum) Exaggeratio huius ſpeciei.

Si ſteterit) Sequuntur ceremoniæ, quibus ſanata, munda iudicata eſt.

Docebitis ergo) Concluſio, in qua hypotheſis ad Theſin transfertur. Nam de immundicie cauenda, in genere loquitur.

Iſta eſt lex eius) Summa capitis hic in fine comprehenſa eſt, & tantum de his immundiciei ſpeciebus.

SCHOLIA IN XVI. CAPVT.

Hactenus ab undecimi capitis initio, uarias, uariarum immundicierum expiationes á MOSE deſcriptas audiuimus, ut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ut animalium, mulieris puerperæ, hominis leproſi &c. uiri & mulieris fluxum patientium &c. quibus in hoc capite ſubiungit generalem totius Iſraelitici populi, in ſanctuario per ſummum pontificem (quæ ſemel in anno tantum fieret) expiationem, cuius etiam feſtum certis ceremonijs celebrandum ſemel in anno, die præſcripto iubetur. De quo feſto uide infra cap: 23. ubi præcipua Iudæorum feſta recenſentur. Eſt itaq; ſumma capitis de expiatione ſacerdotis, quando ſanctuarium ingredietur. Deinde de expiatione totius populi Iſraelitici. Poſtremo de ipſo feſto expiationis.

Quanquam hoc caput in tres prænominatas partes ſatis commodè diuidi poteſt, tamen loco diuiſionis, huc adducamus memorabilem locum, qui eſt in Epiſtola ad Heb: cap: 9. His uero paratis &c. Et deinde cap: 10. unica oblatione. Poſtremo quod in hoc capite totus Iſraeliticus populus immundus eſſe proclamatur, & Deum tamen inter eos habitare atq; eos ſanctificare memoratur, idem hodie quoq; & ſemper de regno Chriſti intelligendum eſt. Omnes enim electi Dei ſunt ex ſe peccatores, & immundi, Sanctificantur autem in Chriſto Ieſu, cuius ſanctificatione freti, uocantur ſancti &c.

Loci

Loci præcipui ſunt.

1. De ſanctuario.
2. De ſanctificatione.
3. De unica oblatione Chriſti hoc capite præfigurata.
4. De peccatis & immundicie piorum, dum ſunt in hac uita.
5. De feſtis.
6. De ieiunio.

Locutuſq; eſt) Prima pars capitis de expiatione ſacerdotis ſeu ſummi pontificis, qui ſemel in anno, non ſine ſanguine, quem offerret pro ſua et populi ignorantia, ſecundum tabernaculum, quod dictum eſt Sancta ſanctorum ingrederetur. Heb: 9. Lex enim conſtituit homines ſacerdotes infirmitatem habentes, Ideō prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, Deinde pro populo iubebantur. Chriſtus uero noſter pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus á peccatoribus et excelſior cœlis factus, oblationem ſuam ſemel fecit pro populo, ſeipſum offerendo. Heb: 7.

Porrō caper Emiſſarius, in Hebræo azazel, ſic dictus eſt, quia dimitteretur liber in deſertum, & non obſcurē uidetur caper oblatus domino, Chriſti paſſionem, Caper

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uerò dimiſſus reſurrectionem adumbrare. Traditus enim eſt Chriſtus propter peccata noſtra & reſurrexit propter iuſtificationem noſtri Roma: 4.

Cumque mactaue:) Secunda pars capitis de expiatione ſanctuarij & populi, quę naturalem omnium hominum, etiam electorum immundiciem ex ignorantia & peccatis contractam eſſe demonſtrat. Sunt autem hæ ſunt tantum externæ expiationes. Sed ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti emundat nos ab omni pecccato 1. Ioan: 1.

Eritque uobis) Tertia pars capitis de feſto expiationis ſeu repropiciationis, quanta populi deuotione & ueneratione ſemel in anno tantum celebraretur, uide infra 23.

SCHOLIA IN XVII. CAPVT.

Addit hoc capite plures immundicierum ſpecies, quibus populus Dei contaminatus eſt, ut eſt electicius cultus, idolatria, comeſtio ſanguinis, & comeſtio mortiuorum. Hæc enim quatuor in hoc capite prohibentur, ſcilicet, ne quis priuatus, ſacrificium offerat, nec in quouis loco, ſed per

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

per ſacerdotem & in loco ſancto, nec non ad oblationem deſtinato, nempe ad oſtium Tabernaculi teſtimonij. Deinde ne idolis ſacrificia fiant. Adhæc prohibet ſanguinem comedendum eſſe. Poſtremò morticinium quoq; comedi prohibet.

Quamuis hoc breue caput in prædictas quatuor particulas diuidi poteſt, tamen id loco diuiſionis, obſeruandum eſſe duxi, quod ex hoc capite præſertim ſuum habet originale, locus in Actis Apoſtolorum capite decimo quinto. Vbi gentibus conuerſis imponitur, hoc oneris ab Apoſtolis, ut abſtinerent à contaminationibus ſimulacrorum, à ſanguine ſuffocato & fornicatione, quod ideo factum eſt, ut gentes ſeruirent Iudæis per caritatem, & non abalienarent animos ipſorum à doctrina Euangelij, nec fuit perpetua lex, quantum ad prohibitionem ſanguinis præcipuè, ſed tantum ordinatio ad tempus inſtituta, & propter Iudæorum infirmitatem aliquandiu, ex charitate obſeruanda. Docemur & nos ergo per charitatem interdum cedere noſtro iuri quod habemus ex libertate Chriſtiana, ſaltem ut condeſcendamus eorum infirmitati, qui

non-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nondum in Euangeliȷ̃ doctrina ad plenum confirmati ſunt.

Loci præcipui ſunt.

1. De mandatorum diuinorum obſeruatione.
2. De electicijs cultibus omittendis.
3. De bona, ut uocant, opinione fugienda.
4. De idolatria cauenda.
5. De ceremonialibus Moſi.
6. De uita animalium.
7. De homicidio per prohibitionem ſanguinis cauendo.
8. De ſanguine Chriſti meritis hominum non conſpurcando.

Et locutus eſt Dominus) Primus locus de exacta diuinorum mandatorum obſeruatione, contra bonam, quam uocant, opinionem & electicium cultum, quem Deus nullo modo pati uelit, cum hic pro latrone talem habeat (ſicut & Eſa. 66, qui præter ordinationem diuinam, nouum cultum excogitare præſumat. Ideo non uult quicq̃ offerri, niſi per ſacerdotem, nec in alio loco quàm ante oſtium Tabernaculi. Valeant ergo Papiſtæ, cum ſuis electicijs cultibus, Miſſa, peregrinationibus, indulgentijs &c.

Porrò,

Porrò, quæ hic iubentur non ſunt intelligenda de mactatione pecudum, quæ ad eſum fiebat, ſed de mactatione ſacrificiorum.

Et nequaquam uult) Secundus locus de idolatria fugienda, qui primum declarat ſcilicet, Deum in hunc finem prohibuiſſe oblationis mactationem in alijs locis & ab alijs perſonis, quàm ut ſupra dictum eſt, ne declinaret ad idolatriam populus Dei. Porrò pro Dæmonibus habet Hebræus Textus Laſſeirim, id eſt, piloſis, ſatyris, capris ſaltantibus & ſimilibus illuſionib. dęmonum, quos in agris uenerabantur Idolatræ, ſicut domi larem familiarem. De his monſtris & illuſionibus lege 5. Monſte: ſuper hunc locum.

Homo quilibet Tertius locus de prohibitione ſanguinis ne comederetur, propter has cauſas. Primum quia uita animalis eſt in ſanguine, uide de hoc Auguſt: in Quæſti: ſuper Leuit: lib: 3. cap: 54. To. 4. Item in 2. lib: contra aduerſa: legis & prophe: cap: 6. Tom: 6. Deinde quia ſanguis erat in uſum diuinum ordinatus & omnia ferè ſecundum legem purificabantur ſanguine. Tertio ne homines comeſtione ſanguinis ad homicidij crudelitatem adſuefierent. Poſtremo, quò Deus maximè reſpe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

xit, ne homines ſanguinem Chriſti ſuis peccatis polluerent et contaminarent. Cũ uerò hæc prohibitio fuerit ceremonialis tantum, non eſt Chriſtianis comeſtio ſanguinis prohibita. Poſtquam & Chriſtus effudit ſuum ſanguinem, & nobis ad bibendum, ſanguinem ſuum propinauit.

Anima quæ come:) Vltimus locus de morticinis non comedendis, uide ſupra 11. & Deute: 14.

SCHOLIA IN XVIII. CAPVT.

Sequitur quinta pars libri, quæ durat uſque ad 23. caput, In qua parte uaria præcepta copioſius explicata repetuntur. Poſtquam enim uariæ ceremoniæ, cultus Dei & ſacrificia inſtituta ſunt. Præcipitur primum hoc capite in genere, ne mores gentium imitetur populus. Deinde ſanciuntur leges de connubijs, & monetur populus, à quorum coniunctione ſit abſtinendum. Præterea multa alia de caſtitate traduntur, & proponitur exemplum Cananæorum, quos propter uagas libidines eiecerit è terra. Porrò de gradibus & arbore conſanguinitatis & affinitatis, adeoque de ratione ſanguinis habenda

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

benda, uide Auguſt: in Quæſt: ſuper Leuit: lib. 3. cap: 58. To: 4. Et Philip: in libello de arbore conſanguinitatis. Item Ioan: Brent: ſuper Leuit.

Pro diuiſione capitis, paranda eſt breuis uia, qua Tyrones & ſtudioſi nouitij Theologiæ ducantur ad utriuſcꝫ arboris intelligentiam. Sunt enim duæ arbores inſtitutæ ſeu depictæ, propter gradus in matrimonio contrahendo, iure diuino prohibitos, quarum altera conſanguinitatis arbor dicitur, in qua ſanguine propinqui, quibus inter ſe contrahere matrimonium prohibitum eſt, Danice Frenſkab ſunt deſcripti. Altera uerò affinitatis, in qua propinqui, ex carnali coniunctione uiri & mulieris, Danicè Suagerſkab, qui contrahere inter ſe non poſſunt deſcribuntur.

Porro in arbore primum conſanguinitatis, eſt linea, quæ recta dicitur, quia habet gradus, uel recta ſupra ſe aſcendentes, ut ad maiores, uel deſcendentes, ut ad inferiores conſanguineos illius perſonæ, de qua mouetur quæſtio, quæ perſona reſpectu maiorum, ut patris, matris, aui, auiæ &c. truncus dicitur, Reſpectu uerò inferiorum ut filij filiæ, nepotis neptis radix, appellatur. In iure ciuili fictum nomen eſt Petrutius. In hac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

linea recta non poteſt ulla perſona cum alia contrahere, quæ eſt in eadem linea uel aſcendēdo uel deſcendendo in infinitum uſque.

Deinde ſunt lineæ, quæ dicuntur collaterales, quia cohærent ipſæ lineæ rectæ ad utrunque latus. Et horum aliæ ſunt æquales, aliæ inæquales lineæ. Aequales ſunt, quarum gradus ſibi inuicem cohærent in linea quaſi per rectam lineam tranſuerſē ductam, ad modum ligni crucis *Chriſti*, ut frater & ſoror ſe mutuō reſpiciunt in primo ā ſtipite gradu, in linea æquali ſeu transuerſa. Conſobrini in ſecundo, ſupra truncum uero auunculus & matertera ſe reſpiciunt in linea collaterali, æquali & ſic deinceps aſcendendo. Inæquales lineæ ſunt, quæ quaſi per rectam lineam, ſed ad modum ligni crucis Andreæ, transuerſæ ducuntur. Sic reſpicit filius ſuam materteram & filia ſuum auunculum & econtra. Nunc autem iure diuino prohibetur unus id eſt, primus gradus tantum, in collateralibus æqualibus, ut frater non poteſt ſororem ſuam in uxorē ducere. In collateralib. uerò inæqualibus duo gradus prohibentur tantum ſcilicet primus & ſecundus, ut nemo poteſt ducere ſuam neptem uel ex fratre

uel

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uel ex ſorore, quia reſpondent ei in ſecundo gradu.

His prohibitionibus accedunt prohibitiones humanæ, tam in collateralibus æqualibus, quàm inæqualibus, uſque ad quartum gradum, tanquam obices & repagula ſeu clauſuræ, ne quis irruat & contrahat in gradibus iure diuino prohibitis. Differunt uerò prohibitiones diuinæ & humanæ quod in his, non in illis, licet hominibus neceſſaria de cauſſa diſpenſare. Durat igitur hodierno die, reuerentia ſanguinis, quantum ad matrimonij prohibitionem attinet, uſque ad quartum gradum. Ideo regia quoque Eccleſiarum ordinatio tertium gradum præciſè prohibet, ergo & primum & ſecundum gradum, additur præciſè, quia ſi nominatur quartus gradus, tunc licitum eſt matrimonium eorum ſcilicet, qui ex tertio & quarto gradibus contrahere uolunt, quia ſemper à remotiori, à ſtipite numeramus.

Simile iudicium eſt obſeruandum in arbore affinitatis. Vxori enim non licet contrahere matrimonium cum ullo cognatorum mariti ſui uſque ad quartum gradum & econtra. Quibus tamen cognatis licet contrahere, cum cognatis uxoris: ita ut duo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

fratres poſſunt duas ſorores ducere &c. His addenda ſunt exempla, quæ paſſim occurrunt & arbores pro maiori declaratione conſiderandæ, quia ocularis demonſtratio, ut dici ſolet, apertiſſima eſt. Conſtat autem has prohibitiones graduum in Leuitico, non ad ceremonias Moſi, ſed ad ius naturæ ſeu omnium gentium pertinere. Quia gentes etiam à Deo propter horum graduum uiolationes punitæ ſunt ut Cananæi &c.

Loci præcipui ſunt.

1. De obſeruatione mandatorum Dei.
2. De fugiendis impijs moribus gentilium.
3. De reuerentia ſanguinis.
4. De conſanguinitate.
5. De affinitate.
6. De arbore couſanguinitatis & affinitatis.
7. De gradibus.
8. De coniugio.
9. De uitanda omni turpitudine, quæ ſacrum coniugiũ contaminare poteſt.

Locutuſque eſt Dominus) Primus locus de obſeruatione mandatorum Dei, deq; fugiendis impijs moribus gentilium, ubi & nos admonemur hodie quoq;, qui uerbum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Dei,nobis prædicatum habemus, ut illud diligenter ſeruemus,& nulla impietate Papiſtica,nullis impijs ritibus & moribus Papiſtarum contaminemur.

Ego Dominus) addit promiſſionem cuſtodientibus legem ipſius, uiuet, inquit. in eis. Quæ promiſſio, ſi concernit Oeconomiam, intelligenda eſt longæuitas illa, quæ promittitur in quarto præcepto, Si politiam,intelligenda eſt de bonis terræ, & rerum temporalium fœlicitate. Si uerò concernit religionem & conſcientiam in conſpectu dei,tunc intelligenda eſt de uita æterna ut Matth: 19. Roma: 10. Sed hæc ſpiritualis promiſſio de iuſticia legali conditionalis eſt, Nam requirit perfectam impletionem legis & mandatorum Dei , cum ſit perfecta promiſſio & perfecta atq; æterna uita , quæ promittitur. Sed cum nullus mortalium legem implere poſſit,quærenda eſt alia promiſſio,quæ non habet hanc impoſſibilem annexam ſcilicet promiſſio Euangelij, qui credit in filium habet uitam æternam. Nam ſolus filius Dei,ſatisfecit legi pro nobis. Ita debent ſententiæ legales intelligi ſemper cum ἐπιείκεια Euangelij, ſiue ſint promiſſiones, ſiue comminationes.

Omnis homo) Secundus locus de re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uerentia ſanguinis & affinitatis obſeruanda, pro honore coniugij. Prohibentur enim hic certæ perſonæ, quæ inter ſe matrimonium contrahere non poſſunt, ne ſextum pręceptum transgrediantur per inceſtum, & ne à Deo ſeuerè puniantur.

Porrò reuelare turpitudinem, ſeu nuditatem, ſeu uerenda, ſignificat illicitè concumbere cum perſonis lege prohibitis arah enim diſcooperire ſeu denudare ſignificat, inde aruah nuditas, reuelatio, denudatio, quæ cum ſit turpis &c. redditur in textu latino, turpitudo pro nuditate. Nam res quæ opus habet, ut contegatur, ſi denudata fuerit, turpis res dicitur. Nuditatem autem uocat hebraiſmus partes pudendas, per antiphraſin, quòd nunquam nudæ eſſe debeant. Et reuelare nuditatem ſeu turpitudinem ſignificat rem habere cum aliquo, ſeu illicitè concumbere &c.

Omnis homo) Præmittit genus, quod deinde in 12. ſpecies deducit.

Turpitud: par:) Prima ſpecies in primo gradu lineæ rectæ in arbore conſang:

Turpitu: uxo: patris) Secunda ſpecies de nouerca in primo gradu affinitatis in linea recta.

Turpitu: ſoro: tu:) Tertia ſpecies in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

primo gradu conſanguinit: in linea collaterali æquali. Porrò germanam ſimul & uterinam ſororem intelligit. Vterina uerò, ſiue domi, id eſt, ex legitimo matrimonio, ſiue foris id eſt, extra matrimonium nata eſt, à fratre duci non poteſt.

Turpitu: filiæ filij tui) Quarta ſpecies in ſecundo gradu conſang: in linea recta.

Turpitu: fil: uxo: pa:) Quinta ſpecies in primo conſang: in linea collaterali æquali. Nam ſororem ex nouerca intelligit, non ut prius, ex prioribus parentibus, ante noſtram natiuitatem.

Turpitu: ſoro: pa:) Sexta ſpecies de amita fader ſöſter, & de patruo in ſecundo gradu conſang: in linea collaterali inæquali.

Turpitu: ſor: mat:) Septima ſpecies de matertera & de auunculo in eodem gradu & in linea conſang: cum ſuperiori ſpecie.

Turpitu: patrui) Octaua ſpecies, in ſecundo gradu affinitatis, in linea collaterali inæquali, ſcilicet de uxore patrui de uxore auunculi, de marito amitæ et marito materteræ.

Turpitu: nurus) Nona ſpecies de nuru in primo gradu affinitatis, in linea recta. Idem de ſocru & genero iudicandum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Turpitu: uxo: fra:) Decima ſpecies de uxore fratris, in primo gradu affinitatis in linea collaterali æquali.

Turpitu: uxo : tuæ & fil:) Vndecima ſpecies de priuigna, in ſecundo gradu affinitatis in linea recta, idem de filia priuigni.

Sororem uxo: tu:) Duodecima ſpecies de ſorore uxoris, in primo gradu affinitatis, in linea collaterali æquali, hic etiam prohibetur polygamia, qualis fuit coniugium Iacobi patriarchæ.

Et tantum de his 12. ſpeciebus ſub quibus & aliæ multæ perſonæ ſubintelliguntur in eiſdem gradibus & lineis, quarum Epitomen, & unum tantum exemplum ponit in ſingulis ſpeciebus. Vbi obſeruandum eſt, ſi non licet his perſonis inter ſe contrahere matrimonium, in his gradibus prohibitis, multo minus licet illis extra coniugium ſe inuicem contaminare. Nam in & extra coniugium inceſtus eſt.

Huc etiam referantur gradus reliqui, iure humano prohibiti propter reuerentiam ſanguinis uſq; ad quartum gradum, ut in ordinatione Regia.

Ad mulie: quæ pat: mem) Tertius locus huius capitis de aliis fœdis & turpibus commixtionibus & illicitis congreſſibus tam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tam in coniugio, quàm extra coniugium iure naturali prohibitis. Et recenſet ſex ſpecies turpitudinis horrendæ & execrandæ, propter quas interdum pœnas dant, integra regna Deo, mutuaq; cæde ſe inuicem conficiunt, ſicut hi mutua inceſtus & nefandæ libidinis turpitudine ſe inuicem contaminant, & in corpore & anima perimunt & occidunt. Porrō de muliere menſtrua uide ſupra 15.

Moloch idolum erat, cui proprios ſuos liberos, Iudæi, pro cultu diuino, cremauerunt, ut Manaſſes Rex Iuda fecit, & arbitratus eſt ſe obſequium præſtare Deo, ſicut Abraham fecit immolando filium Iſaac. Sed cum Deus non pręceperit, ut Abraham imitarentur, aut ſimile aliquid tentarent, Idolatria fuit. Ideo Deus hic queritur ſuum nomen per hoc prophanari. Nam fiebat ſub prætextu nominis Dei, & fuit tamen Diabolicum, ut ſunt hodiē uota Monaſtica, quibus parentes intrudunt ſuos liberos in uallem Gehinnon ad Moloch id eſt, in impia Monaſteria, ut uiuant in ſpirituali cognatione ſimul, ſcilicet in impuro ſuo cœlibatu, & alijs traditionibus humanis, quæ ſub nominis Dei prætextu, multos homines interficiunt & perdunt, ac ſi eſſet cultus

Dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Dei beneplacitus &c. Quales autem fuerint huius idolatrici cultus impiæ ceremoniæ non certo conſtat.

Nec pollua: in omni) Concluſio capitis & locorum repetitio, comminationibus additis uſq; ad finem capitis, Vbi nos admonemur de uitanda omni turpitudine, præſertim ea, quæ in inceſtu & nefandis libidinibus, contra ſextum præceptum, pugnant, ne Deus nos puniat, & propter nos integram regionem.

SCHOLIA IN XIX. CAPVT.

Congeruntur hoc capite uaria præcepta, de uarijs ritibus & moribus, & eſt quaſi interpretatio decalogi, ſupra traditi. Repetit enim quædam præcepta decalogi, cum maiori declaratione, uult curam pauperum haberi, proximum amari, non ulciſcendum eſſe, fugiendos pythones & aruſpices, canos & ſenes honorandos, peregrino uim non inferendam, in omni re æquitatem eſſe ſeruandam &c.

Spiritus ſanctus hac diligenti repetitione & illuſtratione mandatorum decalogi, ſignificat ſollicitudinem Dei magnam erga ſuum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſuum populum eſſe, zelumque magnum, ne declinent ad idolatriam, nec electicios cultus inſtituant, ſicut ſtatim admonet in principio capitis, cum inquit, Si ſacrificaueritis ſacrificium pacificorum Domino,ut gratum ſit ſacrificabitis illud, hoc eſt,ut domino beneplacitum fuerit, quaſi dicat, Facite quemadmodum illi placeat, non ut uos excogitare poteſtis pro ueſtra opinione. Non enim ullus cultus electicius,ſeu ab hominib. excogitatus placet Deo. Propterea facite,quod Domino beneplacitũ eſt,et non quod uobis bonum uidetur, Hæc eſt præcipua huius diligentiæ & repetitionis cauſſa,ut & reprehendatur illorum inobedientia,& appareat quanta ſeueritate Deus exigat obſeruationem ſuorum mandatorum & harum atque ſimilium ordinationum.

Pro diuiſione obſeruandæ ſunt in textu multæ ſententiæ,quæ paſſim allegantur in nouo Teſtamento,,quod indicat,uſum huius capitis eſſe magnum. Obſeruanda eſt ſeorſum hæc particula promiſſionis, pariter et comminationis,uel quindecies in hoc capite repetita ſcilicet,Ego Dominus Ego Dominus Deus ueſter q. d. Si hæc præcepta mea obſeruaueritis, ero protector ue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſter, ſin minus ero uindex & ultor in ira mea. Præterea non ſunt Dij neque domini,quos more gentium colere præſumitis, Et neque prodeſſe neq; nocere uobis poſſunt. Nam ſtatuæ ſunt & ſimulacra mortua,manibus hominum fabricata Sed ego ſum dominus Deus ueſter,qui prodeſſe uobis et poſſum,et uolo,ſi me colueritis iuxta tenorem horũ præceptorum. Et uos in gehenna perdere poſſum, ſi non ambulaueritis in his præceptis per fidem & caritatem. Hac ſeueritate Dei ſint etiam admoniti quotquot hodie traditiones humanas contra manifeſtum Dei uerbum, ſectantur & defendunt.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſeuera exactione obſeruationis mandatorum Dei.
2. De uera ſanctitate.
3. De fugienda idolatria.
4. De caritate & bonis operibus.
5. De cura pauperum & peregrinorum.
6. De iuſticia ſeruanda in actionibus.

Tot loci præcipui ferè quot ſententiæ reperiuntur in hoc capite.

Locutuſque eſt Dominus) Primus locus

cus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cus de ſeuera exactione obſeruationis mandatorum Dei,deq; ſanctitate uera retinenda, quæ eſt ſegregatio quædam ab omni gentium immundicia,ut ſupra capite 11.in fine. Nam ſanctum eſſe ſignificat credere Deo, diligere proximum immaculatum eſſe, à uitijs,mundum ab idolis. Differunt autem ſanctitas Dei,& noſtra ſicut perfectiſſima & imperfectiſſima. Nihilominus Dei ſimus imitatores, inchoata obedientia in ſanctitate & uitæ nouitate 1. Pet: 1.

Vnusquiſq; patrem) Sequuntur alij loci in ſingulis præceptis Decalogi,ſemper ab omnibus Chriſtianis obſeruandi, ut hic de timore parentibus debito Roma: 13. Cui Timorem, Timorem. Porrò quæ ſunt ex ceremonialibus Moſi paſſim admixta, nos admoneant de noſtris ceremonijs obſeruandis,alioqui nihil ad nos pertinent.

Cum meſſueris) Locus de cura pro pauperibus habenda, Gal: 2. Tantum ut pauperum memores ſimus.

Non facies furtum) Pergit in ſeptimo præcepto,de iuſticia in contractibus ſeruanda, Non male dices ad quintum præceptum. Deinde in octauo præcepto, de recto iudicio.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Non ſtabis) Prohibet uindictæ cupiditatem & alia uitia cum quinto præcepto pugnantia.

Iumenta tua) Præcipit uerum uſum creaturarum & prohibet mixturam diſparatarum ſeu diuerſarum ſpecierum. Vnde monſtra generari ſolent, ut Gene: 36. de ana & mulis.

Agrum tuum) Præcipit uerum uſum terræ, ne benedictio Dei per imprudentiam hominum impediatur. Solent enim diuerſa ſemina in uno agro ſeminata, ſe inuicem impedire, opprimere &c. Poteſt etiam hæc ſententia ad doctrinam accommodari, ne quis in uno corde ſeminet doctrinam ueram & falſam, ne triticum à zizanijs opprimatur & corrumpatur.

Veſtem quæ ex duobus) Prohibet animi leuitatem, cuius index eſt, ut maximè ueſtium indecora uarietas, qua ſolent Hiſtriones delectari. Poteſt etiam ad doctrinam referri.

Homo ſi dormi:) Prohibet ſtuprum ancillæ, quæ ſerua empticia eſt, ne domino ſuo condormiat.

Quando ingreſſi fue:) Vult etiam in hortorum cultura poſteritati conſultum eſſe, quare prohibet, ne tribus primis annis, poſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

poſt plantationem, arborem teneram adhuc,fructum ferre patiantur,ut robore tandem confirmata poſteris etiam ad multos annos ſuis fructibus inſeruire poſſit.

Quarto anno omnis fruct:) Locus de primitijs & gratitudine, qua Dei beneficium in terræ naſcentibus agnoſcatur. Debebant ex fructibus arborum dare primitias, ſeu quarti anni poſt plantationem fructus offerebant Domino. Hæc gratitudo deberet apud nos pio modo exhiberi Deo, ſed in ingratitudinem mutata eſt. Ideo terræ naſcentia tenuiter interdum proueniunt, quia ſubtrahunt Deo ſuam portionem in agricultura.

Non comede: car: cum ſang:) Prohibet per hoc inhumanitatem et crudelitatem uide ſupra cap: 17.

Non augurabimini) Prohibet aliquot ſpecies idolatriæ,quarum prima eſt augurium ſcilicet ex auium garritu,ut Virg: Sæpe ſiniſtra caua,prædixit ab ilice cornix. Secunda,auſpicium ex auium uolatu, uel ad dexteram uel ad ſiniſtram,prædicere fœlicem uel infœlicem profectionis uel aliarum actionum euentum. Tertia, in raſura barbæ, Quarta in inciſione carnis. Quin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ta in notis corporis faciendis more gentili-
um.

Ne proſtituas filiam tu:) Prohibet ſcor-
tationem, & adfirmat propter ſcortationes
puniri totas ciuitates.

Non declinetis ad mag:) Pergit in ſpe-
ciebus idolatriæ prohibendis, & ſequitur
ſexta ſpecies, magia ſeu ſpiritus Pythonicus
qui in homine obſeſſo reſponſum dat ex
pectoris cauitate. Septima deinde ario-
latio ſeu prodigiorum interpretatio, co-
gnitio, diuinatio &c. uide Deute. 18.

Coram Cano cap: Præcipit reuerentiam
ſenibus faciendam.

Si habita: aduen: præcipit humanitatem
peregrinis exhibendam, ne opprimantur
&c. Reliqua, quæ ſequuntur nihil habent
difficultatis.

SCHOLIA IN XX. CAPVT.

Cohæret cum ſuperiori. Nam continet
prohibitiones ex proximis duobus capiti-
bus repetitas non ſine comminationibus
grauiſſimis. Concernit ſeorſum ſextum de-
calogi præceptum. Nam uaria genera libi-
dinum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

dinum repetita prohibentur. Vult .n. deus ſicuti Paulus ait 1. Theſſal: 1. ut abſtineamus à fornicatione, & quiſque ſuum uas poſſideat in ſanctificatione. Additæ ſunt ſingulis prohibitionibus leges & comminationes pœnarum propter defenſionem bonorum,& ut mali coerceantur, alioqui non poſſet, neq; religio, neq; politia conſeruari in mundo.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt ſcelerum impunitatem & peccandi licentiam, à magiſtratu conceſſam uel diſſimulatam accerſere diuinam ultionem, peſtem, famem, gladium & publicam calamitatem. Omnes enim licentia fiunt deteriores,& nemo ſua ſorte contentus erit,quin falcem ſuam in alienam ſegetem mittat,niſi fuerit eius petulantia à magiſtratu coercita,& ſcelera punita.

Habet ergo Magiſtratus in hoc capite ſeueritatis exemplum, in plectendis ſontibus & uitiis corrigendis & puniendis. Addita iuxta prudentiam pia diſcretione,quan do miſericordiam facturus ſit & quando ſeueritate opus ſit. Virgilius.

Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Loci præcipui ſunt.

 1, De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

De ſeueritate legum & pœnis flagitiorum

De cultu idolatrico.

De pœna adulterij inceſtus & aliarum ſpecierum libidinis.

SCHOLIA IN XXI. CAPVT.

Congeruntur hic uariæ leges obſeruandæ ſacerdotibus,& ſeorſum pręcipitur,quas uxores ducere debeant, & indicat eos, qui ad miniſterium ſacerdotale minus idonei ſunt. Sacerdos inquit Moſes, non debet intereſſe mortuorum exequijs, non radat caput,neq; barbam, non ducat ſcortum, nec filiæ ſuæ fornicationem inultam patiatur. Nam hæc omnia miniſterium uerbi,in quo uerſatur,contaminant. Oportet autem ſacerdotes eſſe mundos & ſanctos , cum res mundas & ſanctas contrectent. Ergo debent ab omnibus,quę iudicantur ſecundum legem immunda, ſe abſtinere , quod ſacerdotalis reuerentia requirit.

Pro diuiſione capitis legatur 44. caput Ezechielis , ubi deſcribit Sacerdotium, & oſtendit,quales ſacerdotes Dominus probet,ac leges aliquot ex hoc & ſequenti capite

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

pite repetit, quas obſeruent ſacerdotes. Et quædam harum legum hodie quoq; ſeruari debent, pro honore & dignitate miniſterij uerbi, ut eſt hæc, quod miniſter uerbi non ducat infamem mulierem.

Loci præcipui ſunt.

1. De honore et dignitate miniſterij uerbi
2. De exequijs mortuorum.
3. De ſanctitate & caſtitate miniſtrorum uerbi.
4. De familia miniſtrorum uerbi pie & honeſtē educanda & regenda.
5. De coniugio miniſtrorum uerbi.
6. De examine miniſtrorū uerbi nec non ad functionem idoneitate.

Dixit quoque Do:) Prima lex quod ſacerdos non proſequatur funus ad ſepulchrum, niſi proximorum conſanguineorum, quę tamen proſequutio funerum cum ſit pia & honeſta, diſcant miniſtri uerbi, ſi non hanc legem ſeruent, tamen aliás neceſſarias ſcilicet, ut non proſequantur ſe inuicem ad Tabernas & potationes, nec ad praua ſodalitia, nec ad ullam immundiciem aut turpitudinem in uerbis geſtibus & factis, ut poſſint exemplaria gregis, ut Petrus inquit, haberi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Non radent cap:) Secunda lex quæ admonet etiam Chriſtianos miniſtros, ut neque ſacrificulorum & Monachorum exemplo radant caput aut Barbam abradant ex ſupeſtitione, neque ruſticorum more, prolixos alant crines prolixam barbam &c. Sed operam dent, ut crines & barba decenter & honeſtē pro temporis conditione & neceſſitate tondeantur.

Scortum & uile proſti:) Tertia lex, cui ſubſcriptum eſt ante aliquot annos in Synodo Antuordſchoenſi, in hunc modum. Cum Dei uerbum & ordinatio &c. uide in Synodalibus Antuordſchoenſibus.

Sacerdotis filia) Quarta regula de familia miniſtrorum uerbi piē & honeſtē educanda & regenda, ne male audiat uerbum Dei, iuxta illud Pauli. 1. Timo: 3. Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei curam habebit?

Pontifex id eſt, Sacer:) Quinta regula de ſummo ſacerdote, qualem illum eſſe oporteat, qui Chriſtum adumbrauit, ut Epiſtola ad Heb: teſtatur. Porrò ubi habetur in Textu, quia oleum ſanctæ unctionis &c. In Hebræo eſt corona olei unctionis, Vox enim Nezer, hic eſt, unde Nazarei dicuntur, qui ſegregauerunt ſe & abſtinuerunt à qui-

busdam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

buſdam cibis Nume: 6. Qualis fuit Samſon ex utero matris Iudicum 13. Vnde etiam Chriſtus ſaluator noſter ex Nazareth rectè Nazarenus uocatus Matth: 2. ut qui ab omni peccato mundus & ſanctus, nihil prophanum in ſe habet. Quanquam Iudæi ex odio & nequicia Chriſtum non Nazri, ſed Notzri id eſt, deſtructorem & turbatorem, ut latro eſſe ſolet, appellant, tamen ſunt illi ipſi ueri Notzrim id eſt, turbatores, in totũ orbem diſperſi &c. Videtur & Paulus ſe uocare Nazareum. Rom: 1. Cum dicit ſe ſegregatum eſſe, in Euangelium Chriſti &c.

Virginem ducet) Sexta regula de caſtitate miniſtrorum uerbi, ſeu de coniugio ſacerdotum, quæ tametſi legalis regula eſt, tamen admoneantur hic miniſtri, ne ducant infames aut parum honeſtas, ut ſuprà dictum eſt.

Locutusque eſt Do:) Sequitur quaſi ſecunda pars capitis de examinandis Sacerdotibus, an ſint idonei, qui admittantur ad miniſterium. Exemplum debet eſſe omnibus Epiſcopis & alijs, quorum intereſt ordinare miniſtros uerbi, ne non examinatos in doctrina & uita ad publicum uerbi Dei miniſterium admittant, quod etiam in Synodalibus Antuordſchoenſibus, ſicut in or-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

dinatione Regia cautum eſt. Titulus in Synodalibus eſt de Iuramento exigendo ab electis examinandis. Lege reliqua.

SCHOLIA IN XXII. CAPVT.

Hoc caput, in eadem materia, ſuperiori cohæret. Duo enim hic proponuntur. Primum peculiares quædam leges obſeruandæ ſacerdotibus. Deinde quæ animantia non ſint propter uicia quædam offerenda Deo. Summa capitis eſt, qui debeant abſtinere ab eſu ſanctificatorum, quomodo, quid & quando offerendum.

Diuidatur in tres partes, propter triplices contaminationes, quę hic enumerantur, ſcilicet Sacerdotũ, populi & ſacrificiorum.

Loci præcipui ſunt.

1. De mundicia in miniſterio uerbi ſeruanda.
2. De prophanatione ſacrorum & ueri cultus Dei.
3. De puritate ſacrificiorum.
4. De mala conſcientia in oratione per occaſionem.
5. De iniuſta & uili decimatione per occaſionem ſeu obiter.

Lo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Locutus quoq;) Prima pars capitis de uitijs Sacerdotum, quibus ab eſu ſanctificatorum depelluntur. Quanto magis ſibi cauere debent miniſtri noui Teſtamenti ab omnibus criminibus quibus eorum officium contaminari poſſit.

Omnis alienigena) Secunda pars capitis de uicijs populi.

Locutuſq; eſt) Tertia pars capitis de uicijs ſacrificiorum, ubi ſubintelligitur locus de mala decimatione.

SCHOLIA IN XXIII. CAPVT.

Poſt repetitionem uariorum præceptorum, in quinta parte, ſequitur nunc ſexta & ultima pars huius libri, ab hoc capite uſque ad finem libri, quæ continet multas diuinas ordinationes & adhortationes ad obedientiam uerbi Dei.

Inſtituuntur autem in hoc capite uaria feſta, eo nomine, ut populus commonefiat beneficiorum Dei, quæ à Deo, in hunc populum collata ſunt, ut & Deum diſcant timere, amare, & illi confidere, ac gratias agere. Præcipiuntur & quæ ſacrificia, ſingulis feſtis diebus, Deo ſunt offerenda.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Summa igitur capitis eſt de ſolennitatibus, de Paſchate, de Pentecoſte, de feſto iubilationis, de feſto expiationis, de feſto tabernaculorum.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt hæc feſta legalia, Iudæis tantum in legitimum ſempiternum inſtituta fuiſſe, ſingula ſingulis anni temporibus, ut eſſent memorialia beneficiorum ac miraculorum Dei, quæ fecerat in defenſionem & conſeruationem politiæ Iudaicæ, propter ſemen mulieris benedictum, ex populo Iudaico naſciturum. Nunc uerò poſtquam Chriſtus in carnem uenit & populus Iudaicus propter incredulitatem reiectus eſt, deſierunt in uniuerſum omnia feſta Iudæorum. Legitimum enim illud, quod uocabatur apud Iudæos ſempiternum, finem habuit, adueniente Chriſto in carnem. Nemo, inquit Paulus, uos iudicet, in cibo & potu, aut in parte diei feſti, aut nouilunij, aut Sabbatorum. Coloſſ: 2. quæ ſunt umbra rerum futurarum, corpus autem Chriſti &c. Nihilominus inſtituta ſunt præter diem dominicum in nouo teſtamento feſta & ſolennitates nūc ipſius Chriſti in cōmemorationem beneficiorum Chriſti, quæ recitantur in Symbolo Apoſtolico, nunc Eccleſiæ, quæ

ſpectant

ſpectant ad articulum fidei. Credo ſanctam Eccleſiam &c. quibus ueris & Chriſti & Eccleſiæ feſtis diebus additæ ſunt poſtea per inuocationem ſanctorum & ex traditionibus humanis & doctrinis Dæmoniorum, plurimi feſti dies ſanctorum, qui ſunt iterum pijs omnibus, in hac clara Euangelij luce, prorſus aboliti, cum alijs Papiſticis adinuentionibus & ſuperſtitioſis cultibus creaturarum.

Sint igitur nobis noſtræ ſolennitates, propter Chriſtum & uerbi miniſterium, adeoq; ſalutis noſtræ doctrinam, commendatæ, ne contemnatur à nobis Eccleſia Chriſti. Porro de feſtis diebus tam Iudaicis quàm Chriſtianorum conſulite tabulas meas in Euangelia dominicalia.

Loci præcipui ſunt.

1. De feſtis diebus & ſolennitatibus.
2. De Sabbato.
3. De die dominica.
4. De ratione & obſeruatione feſtorum.
5. De ceremonijs feſtiualibus.
6. De hiſtorijs fructu & uſu feſtorum.
7. De abuſu & contemptu feſtorum.

Locutuſque eſt D o:) Primus locus in genere de ferijs domini ſeu feſtis legalibus

diuino

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

diuino mandato per Moſen,inſtitutis. Porrò feriæ ſeu ſolennitates uocantur Hebraicè Moadim à uerbo Iaad quod conteſtari & conuenire ſignificat. Hinc feſta Moadim quaſi cõteſtationes & conuentiones dicuntur,ab eo ſcilicet,quod tum populus ad certum,conſtitutum & conteſtatum tempus, ad cultum Dei conueniret, Inde locus uocatur Ohel Moæd, id eſt, Tabernaculum conuentionis. Feſta uerò uocantur Mikraer id eſt, conuocationes ſanctitatis, quæ conuocatio fiebat per tubas,Deute: 21. Porrò ueteres & ſapientiores Iudæi hac uſi ſunt comminatione contra contemptum feſtorum, Qui contemnit ſolennitates ſeu publicos Eccleſiaſticos conuentus, is non habebit partem futuri,quod rectè & uerè dici poteſt,etiam hodie de contemptoribus miniſterij uerbi & Sacramentorum 1. Corinth: 11. Quare contemnitis Eccleſiam Dei. Et Matth 11. tolerabilius erit Sodomæ &c.

Sex diebus) Secundus locus de Sabbato,quod à ſeptenario numero nomen habet,quia ſemel in ſeptimana perpetuo celebratum eſt, propter uerbum Dei audiendum & beneficia Dei commemoranda, uidelicet creationis, redemptionis, ſanctificationis, conſeruationis &c. cui noſter dies dominicus reſpondet. Hæ

Hæ ſunt ergo feriæ) Tertius locus de ſolennitatibus in genere primum. Deinde in ſpecie de feſto Paſcatos, cuius feſti obſeruatio talis fuit, prope æquinoctium uernale die 14. laborabatur tota die uſque ad ueſperum, tunc manducabatur agnus. Solennitas autem inchoabatur poſt ſolis occaſum, & ſequenti die 15. erat ſolennitas Azymorum per dies ſeptem.

Locutuſque eſt Do:) Deſcribitur ſacrificium, quo de nouis granis in feſto Paſcatos fiebat oblatio.

Numerabitis quoq;) Quartus locus de feſto Pentecoſtes, in memoriam acceptæ legis, in monte Sinai. Porrò obſeruatio huius feſti hæc fuit. Altera Sabbatorum ſpicas aliquot colligebant maturas in faſciculum, eas adferebant ad ſacerdotem, qui gratias agebat Domino de futura Meſſe. Sed torrefactas ſpicas confricabant, ac grana excutiebant, donec impleretur menſura Gomor quæ eſt tertia pars Ephi ſeu quatuor ſextarij Vier Nöſſell. Et tādē ſacrificiū fiebat eadē die, uidelicet 16. quæ erat altera Sabati.

Locutuſq; eſt Dominus ad Mo:) Quintus locus de feſto tubarum & clangoris, quod erat prima die ſeptimi Menſis, & eodem die erat feſtum Neomeniæ per accidens,

dens, quia feſtum & initium menſis concurrebant.haud dubie feſtum hoc inſtitutum erat,ut eſſet gratiarum actio pro fructibus terræ collectis.

Locutuſque eſt) Sextus locus de feſto expiationis in ieiunio & ſacrificio, cui noſtræ Litaniæ reſpondent, & expiatio per Chriſtum facta,cuius umbra fuit hæc legalis expiatio.

Et locutus eſt) Septimus locus de feſto Tabernaculorum ſeu ſcenopegiæ, cuius fit mentio,Iohan: 7. In quo ſacrificium de nouis fructibus offerebat in memoriam 40. annorum,quibus umbraculis, ſunt in deſerto uſi patres & cibati manna.

SCHOLIA IN XXIIII. CAPVT.

Initio huius capitis præcipiuntur lucernæ in uſum Tabernaculi. Deinde iubentur panes propoſitionis parari, quibus ſolis ſacerdotibus licebat ueſci. Tertio ſtatuitur pœna in blaſphemos, ut lapidibus obruantur. Quarto ſancitur Lex Talionis, de qua etiam Chriſtus Matthæi 5. loquitur. Eſt ergo caput hoc partim Eccleſia-

cleſiaſticum, partim politicum & ſumma eſt compoſitio lucernarum, placentæ ſeu panes propoſitionis, pœna blaſphemi & talionis.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt lucernarum ſeu candelarum uſum in Eccleſijs eſſe liberum, modo deſit impietas & ſuperſtitio, quemadmodum in Papatu fit, dum incenduntur lucernæ coram ſtatuis in honorem Diuorum. In tenebris opus habemus lucernis tam in templo quam extra templum. Myſticam lucernarum ſignificationem uide Pſal: Lucerna pedibus meis uerbum tuum' Et Matth: 5. Vos eſtis lux mundi &c.

Loci præcipui ſunt.

1. De ceremonijs:
2. De uſu candelarum.
3. De panibus propoſitionis.
4. De Pœna blaſphemiæ.
5. De pœna talionis.

Et locutus eſt Dominus:) Primus locus de lucernis & oleo lucernarum, quod populus offerebat ad miniſterium, pijs omni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

omnibus in exemplum, quod aliquid ſubinde largiantur ad miniſterij uerbi ſuſtentationem. Porro de candelabro & lucernis uide Exod: 25. & 37. Item Num: 8.

Accipies quoq; ſimul:) Secundus locus de panibus propoſitionis, quorum precium erat drachmæ argenti duodecim, id eſt unus Ioachimicus et dimidius. Significabant autem 12. Tribuũ Iſrael memoriam & gratiam, perpetuo eſſe apud Deum, iuxta illud, Oculi Domini ſuper iuſtum.

Ecce autem) Tertius locus de pœna blaſphemiæ, iuxta comminationem additam ſecundo præcepto. Non habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen ipſius fruſtra. Eſtq; hiſtorica narratio de quodam blaſphemo.

Et ad filios Iſ.) Quartus locus, de pœna talionis de qua Exod: 21. Deute: 19. Matthæi 5.

Locutuſque eſt Moſes) Executio uoluntatis diuinæ, & exemplum ſeu pœna blaſphemi.

SCHOLIA IN XXV. CAPVT.

Conſtituuntur hoc capite, uariæ leges

politicæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

politicæ, qua ratione, bona ſint uendenda et emenda, & conſtituitur annus iubilæus, quo omnia bona, debent reuerti ad ſuos priſtinos dominos. Præterea conſtituitur ſeptimus annus Sabbati de non offerendo, de ſeruis emendis.

Summa igitur capitis eſt Sabbati annorum, ſeu Sabbati terræ, Deinde anni quoq; iubilæi ſeu quinquageſimi obſeruatio, cum conditionibus uendendi terram, domos urbanas, rurales & leuiticas, item ſeruos &c.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt hanc totam ordinationem politicam, propter pauperes & egenos inſtitutam eſſe. Primum ne negligerentur. Deinde ne defraudarentur in contractibus Poſtremo ne uſuris & alijs oppreſſionibus grauentur. Diſcamus ergo nos, uel ex hoc uno capite pauperum curam habere, ſolliciti pro pauperibus eſſe, non claudere, ſed aperire eis uiſcera noſtra ſcilicet miſericordiæ, benignitatis, liberalitatis.

Loci præcipui ſunt.

1. De Sabbato.
2. De anno Iubilæo.
3. De pauperibus ſubleuandis.
4. De poſſeſſionibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

5. De iuſticia in contractibus ſeruanda.
6. De benedictione Dei.
7. De conditione ſeruorum.

Locutuſque eſt Do: ad Moſ:) Primus locus de Sabbato annorum, ſeu Sabbato terræ, quod ſingulis ſeptenis annis inſtitutum erat à Deo, per Moſen ut in politia Iudaica ſeruaretur propter neceſſitatem pauperum. Ideo dicebatur etiam annus dimiſſionis, quod in eo terra non coleretur nec ſeminaretur, ſed negligeretur, ac dimitteretur pauperibus, atq; hic dimiſſio Sabbatum ſeu quies terræ dicebatur. Porro uox Sephias ſignificat quod ſua ſponte naſcitur, ſine ſatione & opera, ſeu cultura hominis, ex granis uidelicet, quæ deciderunt inter metendum.

Numerabis quoque) Secundus locus de anno iubilæo, ſeu anno quinquageſimo Dictus eſt autem Iubilæus à Iobal, id eſt, clangore tubæ, quia in eo anno clangerent cornu, id eſt, tuba ex cornu arietis facta. Concernit etiam hæc ordinatio neceſſitatem pauperū, qui coacti egeſtate, ſuas uendiderunt poſſeſſiones, ut in anno quinquageſimo reciperent eas iterum, pro ſe & ſuis poſteris utendas. Romani Pontifices, & hic, ut Simiæ Moſen imitati iubileum annum

num inſtituerunt, ſed intra pauciores annos propter inhiationem maioris lucri, multis indulgentijs additis & conceſſis omnibus, qui limina Petri ſeu Romam iſto anno uiſitarunt, Danicè det gyldenne aar. Sed taxetur cum cæteris erroribus Papiſticis.

Quod ſi dixe:) Occupatio & egregius locus de benedictione Dei, quæ non minuitur, ſed magis augetur liberalitate erga pauperes & egenos.

Terra quoq;) Tertius locus de conditione uendendi terram & poſſeſſionem.

Qui uendide: do:) Quartus locus de conditione uendendi domos tribus legibus comprehenſus.

Si paupertate compul:) Quintus locus de conditione uendendi ſeruos.

SCHOLIA IN XXVI. CAPVT.

Promittit deus præmia ſeruantibus pręcepta & minatur ingentes pœnas ijs, qui præcepta transgrediuntur, quæ omnia ſequens hiſtoria populi Iſraelitici oſtendit, nempe quæ hoc loco, uel promiſſa ſunt, uel Deus minatus eſt. Vt ſumma capitis ſit promiſſio benedictionis ſeruantibus præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cepta, & cõminatio maledictionis non ſeruantibus. Porro de præmijs bonorum operum, quid ſit ſentiendum, uide de pręmijs in loco de bonis operibus, in lib: loc: com: Philip: Melanth: De pœnis uero peccatorum, uide in loco de calamitate & cruce.

Pro diuiſione capitis, obſeruandum eſt promitti à Deo præmia bonis operibus ſpiritualia & corporalia hic & in futura uita, non propter dignitatem operum, ſed ex miſericordia ipſius Dei, quia opera ſunt imperfecta & originali peccato contaminata, ideo per ſe non merentur præmia, ſed quia fiunt à perſona, quæ reconciliata eſt Deo, & quæ credit in Deum, placent in fide facta Deo qui pro ſua miſericordia promittit eis præmia &c. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo.

Præterea legales promiſſiones ſunt conditionales, per Coniunctionem, Si, & non aliter propoſitæ. Si in pręceptis meis ambulaueritis &c. Quod ſi non audieritis me &c. Quantum uerõ ad pœnæ irrogationem attinet, quanto magis inobedientia creſcit, tanto grauiores irrogantur pœnæ, ut concurrunt, peſtis, fames, gladius &c.

Loci præcipui ſunt.

De obſer-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

1. De obſeruatione mandatorum Dei.
2. De ſeueritate Dei in exigenda obedientia mandatorum.
3. De promiſſionibus præmiorum.
4. De comminatione pœnarum.

Ego Dominus) Exordium, continens prohibitionem Idolatriæ,& præcipiens obſeruationem Sabbati.

Si in præcep:) Primus locus de præmio obedientiæ,ut ſunt benedictio annonæ,pacis & præſentiæ Dei.

Quod ſi non audi:) Secundus locus de pœna inobedientiæ,ut ſunt maledictio,morborum,annonæ,bellorum.

Sin autem) Tertius locus de pœna perſeuerantiæ in inobedientia,ut eſt maledictio ſterilitatis terræ. Porrò ſeptuplum addere, ſignificat grauiſſimè & ſeueriſſimè punire.

Si ambula: ex ad:) Quartus locus de peccandi ſecuritate, cum ſua pœna adiuncta ſcilicet malarum beſtiarum.

Quod ſi nec ſic) Quintus locus de pertinacia peccandi & pœnis pertinaciæ, nempe,gladio,& obſidione,peſte & fame.

Si autem nec) Sextus locus de perſeuerantia pertinaciæ peccandi,& de defenſione peccati,cum ſuis pœnis, ſcilicet dira fame, & finali regionis deuaſtatione & populi in-

terfectione, captiuitatibus et diſperſionibus inter gentes. De his omnibus ſunt claræ hiſtoriæ infra in Moſe & libris Iudicum & Regum &c.

Tunc orabunt) Septimus locus de reliquijs ſaluandis, & quod Deus in media ira recordetur miſericordiæ ſuæ. Hæc eſt ἐπιείκεια Euangelij, quæ his comminationibus addita eſt mera miſericordia Dei.

SCHOLIA IN XXVII. SEV VLTIMVM CAPVT.

Hoc capite docet quomodo uota uarij generis facta redimenda ſint, addit etiam de decimis, ut ſumma capitis ſit, de uarijs uotis & de redemptione eorundem atque de decimis.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, uota pertinere ad legem Moſi, ſub certis quibusdam mandatis, & intra quos limites, maximẽ pro ſuſtentatione miniſterij uerbi, quod in redimendis uotis apparet, ubi homines uouerunt uel ſeipſos uel pecora, domos, agros &c. Sed cum lex ſit pædagogus ad Chriſtum, & lex atq; Prophetæ uſq; ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ad Chriſtum, liberauit nos Chriſtus per Euangelium etiam ā ceremonialibus legibus Moſi. Quare cum uota pertineant, etiam ad ceremonias Leuiticas, et conſeruationem tantum miniſterij Leuitici, non habent locum in Eccleſia Chriſti poſt Euangelium diuulgatum.

Primum enim non eſt opus uouere ea, quæ ſunt in præceptis Dei, nobis mandata. Nam nos alioqui tenemur ea præſtare, ſicut Chriſtus inquit, Cum omnia bona opera feceritis, dicite inutiles ſerui ſumus, quæ fecimus, debuimus facere, id eſt, debitores fuimus.

Secundo, Nec poſſumus ea uouere, quæ nobis ā Deo prohibita ſunt, ut nouos cultus uouere. Item mortuis ſanctis aliquid uouere, quod æquē impium ac ſi quis uoueat ſe facturum homicidium uel adulterium.

Tertio, neque opus eſt uouere res indifferentes, quia ſunt per ſe liberę, ut ueſci uel non ueſci carnibus, aut piſcibus, certis diebus, ſic & ſic ueſtiri &c. Stultum eſt enim illud neceſſarium facere, quod liberum eſt obſeruatione, ut neque peccet quis ſi non ſeruat, neque mereatur aliquid ſi ſeruat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Quarto, Nec poteſt Deus ferre, quod alia præcepta per uotum faciamus. Nam decem præcepta dedit nobis, quibus nihil uult addi, nihil ſubtrahi ad operandum.

Quinto, Dedit nobis filium ſuum in mortem cui nihil uult addi nec ſubtrahi ad ſalutem, Nam nulla hominum mandata uult Deus ad ſalutem fieri.

Sexto, Teſtimonia ſcripturę contra uota Matth: 15. Fruſtra me colunt doctrinis & mandatis hominum. Ro: 14 Quicquid fit ſine fide peccatum eſt. Ro: 10. Zelum habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Ioan: 8. Si Chriſtus uos liberauerit, uerè liberi eſtis. In libertate, qua Chriſtus uos liberauit, State.

Septimo, Diluendæ ſunt obiectiones, ut quod Iacob uouerit Deo uotum, uide quæ dictaui in Geneſin ſuper eum locum cap: 28. in fine. Quod autem Dauid dicit, uouete & reddite, pertinet ad uota legalia, per quæ uult inferre uerum cultum dei, q. d. Satis promiſiſtis, utinam uelitis aliquid præſtare, colite Deum, inuocate deum &c. Quod autem Iephthe uouit ſe filiam mactaturũ fuit ſtultum uotum, et ualet ibi regula iuris. In male promiſſis reſcinde fidem. Quod autem Paulus fecit uotum in

Cenchreis acto. 18. Propter Iudeos factum, ut eos lucrifaceret Chriſto.

Octauo his omnibus bene conſideratis, uota Monaſtica ſunt impia, & in nouo Teſtamento nullum locum habent, ſicut neq; in ueteri Teſtamento habuerunt.

Nono, Vota autem ciuilia, quæ proximus proximo uouet ac promittit, ſunt rata & firma, ſicut aliæ politicæ ordinationes ex mandato Dei, ut ſunt pacta promiſſa, Teſtamenta, iuramenta, ſigilla et alia uota ciuilia, Sed non eſt multum opus de uotis diſputare, cum nemo ne mandata quidem Dei ſeruare poſſit, ne dum ſtulta uota.

Loci præcipui ſunt.

1. De uotis legalibus.
2. De uotis Monaſticis.
3. De uotis ciuilibus.
4. De decimis & de uſu decimarum.

Locutuſq; eſt) Primus locus de uoto hominis & eius uaria, ſecundum ætatis & ſexus rationem, redemptione.

Animalium autem) Secundus locus de uoto animalium atq; illorum in redimendo æſtimatione. Porro locum hunc torſerunt Papiſtæ ad auricularem confeſſionem, quia ſacerdos hic de animalibus immundis feret

iudicium,ſed deprauationes ſcripturæ ſunt tales allegationes.

Homo ſi uo: do:) Tertius locus de uoto domorum & earum redemptione.

Quod ſi agrum) Quartus locus de uoto agrorum & eorum redemptione, cuius diuerſæ ſunt ſpecies.

Primogenita) Quintus locus de primogenitorum redemptione.

Omnes decimæ) Sextus locus de decimarum redemptione.

Hæc ſunt præcep:) Clauſula totius libri Leuitici,quæ,& diuinum mandatum,et loci circumſtantiam,in quo Deus hæc mandauit,in ſe,comprehendit.Ergo non eſt figmentum Moſi,ſed diuina inſtitutio.

Hucuſq; de libro Leuitici, qui tradit leges et ordinationes Moſaicas, de externo cultu Dei,quo non ſolum à gentibus,Iudæi diſcernebantur, ſed in quo ſe exercebant, non ut holocauſtis peccata abolerentur coram Deo,quia remiſſio peccatorum fit per ſolum filium Dei,ſed ut per hanc externam diſciplinam,quæ ſuam mercedem annexam habuit, deo ſeruirent,uſq; ad Meſſiæ aduentum.Lex enim pædagogus ad Chriſtum.

AMEN.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN LIBRVM NVMERORVM.

ABſolutis utcunque Tribus Moſi libris, quantum ad literalem expoſitionem attinet,Sequitur nunc quartus,qui à numerando nomen habet,quia populus Dei ſecundum tribus numeratur, & ad uſum ac exercitium religionis diſponitur,& ſingulis Tribubus ſuæ manſiones & ſua officia diſtribuuntur ac ordinantur. Præterea recitantur multæ transgreſſiones populi, multa pericula,multæ pœnæ, multaqꝫ interim beneficia Dei,populo collata inter montem Sinai & terram promiſſionis uerſanti, quæ omnia Chriſtum reſpiciunt, propter quem inſtituta fuit Reſpub: Iſraelitica.

Data enim lege,politia & religione bene conſtitutis & extructo Tabernaculo,nec non omnibus bene diſpoſitis, hic docet uſum et exercitium eorum, quomodo uidelicet talis ordinatio procedat. Ideo fit hic mentio inobedientæ & pœnarum populi Dei. Et reſtaurantur ac renouantur multæ leges,ita ſemper docet experientia,poſitionem & conditionem legum eſſe

facilem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

facilem,ſed uſum ac exercitium legis diffi-
cilimum. Cuius rei præclarum exemplum
eſt hic liber,uidelicet,quod homines neque
legi ſatisfacere,neq; lege iuſtificari poſſint,

Porro multæ egregiæ ordinationes, &
multa præclara exempla,quæ nos ad timo-
rem Dei & fidem commouebunt, in hoc
libro continentur. Sicut autem propter
Cap: 1. uarias numerationes quæ ſunt in hoc libro,
uocatur liber Numerorum, quia numera-
Cap: 2. tur populus per ſingulos tribus. 2. Nume-
Cap. 3. ratur ſecundum ordinem caſtrorum ad qua
tuor plagas mundi. 3.Numerantur filij Le-
ui per ſe ſecundum ordinem ſui miniſterij,
Cap: 4. itidem ad quatuor plagas mundi, circum
Cap. 5. Tabernaculum. 4. Enumerantur ritus &
officia Leuitarum. 5. Enumerantur mune-
ra quæ Principes obtulerunt in dedicatione
Cap. 10. Tabernaculi. 6. Numerantur Principes iu-
13. xta ordinem proficiſcentium. 7. Nume-
Cap. 26. rantur exploratores terræ Canaan. 8. Nu-
merantur filij iſrael ad terræ diuiſionem. 9.
Numerantur feſta legalia. 10. Numerantur
Iſraelitarum manſiones,nempe quadragin-
ta duæ in deſerto. 11. Numerantur fines ter-
ræ Canaan,ſecundum quatuor plagas mun
di. 12. Enumerantur diuiſores terræ Ca-
naan,ſicut inquam ex his uarijs numeris &
nume-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

numerationibus, hic liber nomen ſortitur: ita diuerſæ quoque materiæ pariter & hiſtoriæ, quæ in hoc libro continentur, efficiunt, ut hic liber in plures partes principales, quàm ſuperior liber diuidatur.

In prima parte, quæ durat uſq; ad quintum caput, omnium Iſraelitarum generalis, Leuitarum uero ſpecialis numeratio deſcripta eſt.

In ſecunda parte, ſcilicet à quinto capite, uſque ad ſeptimum uariæ leges & benedictiones interponuntur.

In tertia, uidelicet à ſeptimo, ad undecimum caput uariæ ordinationes continuantur.

In quarta, quæ durat ab undecimo capite, uſq; ad decimum ſeptimum, horrenda murmurationum, ſeditionum & perfidiarũ exempla, cum ſuis pœnis grauiſſimis, deſcribuntur.

In quinta ſcilicet à 17. capite uſque ad 21. dignitas, officium & præmium ſacerdotum & Leuitarum inſtituuntur.

In ſexta parte, uidelicet à 21. uſque ad 25. cap: non tantum uictoria contra Cananæos, ſed etiam horrenda per ignitos ſerpentes pœna, cum prophetia Balaam, continetur.

In ſeptima, per tria capita, uidelicet, à 25.

uſq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uſq; ad 28. ſequitur iterum horrenda fornicationis pœna, cum enumeratione populi pro terra Canaan diuidenda.

In octaua, à 28. uſque ad 31. cap: ſacrificiorum ordinationes in ſingulis feſtis, deſcribuntur.

In nona & ultima parte, quæ per ſex capita durat, à 31. capite uſque ad finem libri, politica quædam ordinantur, ut uariæ diſtributiones, enumerationes &c.

SCHOLIA IN I. CAPVT.

Poſteaquam Eccleſia & cultus Dei. Deinde quoque politiæ certis legibus datis, conſtitutæ ſunt. Præcipitur hoc capite ratio gerendi belli, & conſtituuntur duces in ſingulis Tribubus, quorum robore Deus uult conſeruari Eccleſiam & politiam conſtitutam. Eſt autem pulcherrima conſtitutio in ipſo textu, Ingens uerò miraculum eſt tantam multitudinem in heremo ali defendi & conſeruari.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt duodecim principes diuino mandato per Moſen electos eſſe, in locum duodecim filiorum Iacob, demortuorum in Aegypto, quorum nomina referunt ſingulæ Tribus,

ut tribus Iuda, tribus Leui, cum hactenus in primo anno poſtquam egreſſi ſunt ex AEgypto, filij Iſrael, ſub Tribunis & centurionibus fuerint conſtituti, iuxta conſilium Ietro, ſoceri Moſi, quo admonemur multitudinem populi, non ſine Magiſtratu, multiſque gubernatoribus abſque tumultu, rixis, contentionibus & mutua cæde conuiuere poſſe, Boni igitur Principes, in Republica bene gubernanda petendi ſunt in primis à Deo tanquam Vicarij Dei &c.

Loci præcipui ſunt.

1. De conſeruatione Eccleſiæ & religionis.
2. De conſeruatione Reipub: propter Eccleſiam.
3. De miniſterio uerbi.

SCHOLIA IN II. CAPVT.

Obſeruandum eſt diligenter in hoc capite, Principes duodecim Tribuū, ſingulari conſilio, in quatuor plagas mundi circum arcam & Tabernaculū locatos fuiſſe, ut tuerentur Leuitas, Tabernaculū & arcā fœderis

per

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

per quod ſignificatum eſt regna & imperia ideo conſeruari diuinitus, ut tuerentur ſacerdotes ſeu miniſtros uerbi, & ut tuta ſit Eccleſia, quò uerbum Dei doceri & Deus coli poſſit.

Loci præcipui ſunt.

- De inſtitutione Diœceſium & Parochiarum.
- De miniſterij uerbi defenſione.
- De reuerentia erga templum & uerbum Dei.
- De officijs miniſtrorum.

SCHOLIA IN III. CAPVT.

Principio in hoc capite enumerantur filij Aaronis. Secundo præcipitur ne quis alienus, niſi ex Tribu Leui & Aaronis ſibi aſſumat munus Sacerdotale, ad quod diuinitus uocari neceſſe eſt, Tertio conſtituitur lex de ſanctificandis primogenitis, & omnia offerantur Deo, Quarto enumeratur catalogus filiorum Leui & præcipitur ad quam plagam mundi, quicq; ex Tribu Leui in duodecim partes ad Tabernaculum excubare & ei ſeruire debeant. Quinto conſtituitur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſtituitur lex de redimendis primogenitis. In ſumma recenſetur generatio Aaronis & Moſis,ut deſtinantur officia Leuitis atque cultus Dei inſtituitur,

Pro diuiſione capitis obſeruandus eſt locus in Epiſtola ad Heb: cap. 5. Nemo aſſumat ſibi honorem,ſed qui uocatur à Deo tanquam Aaron,ne quis irruat, non legitime uocatus & ordinatus ad ullam functionem Eccleſiaſticam,ne pœnam Oſiæ regis, qui idem irreligioſe tentauit (2. Paral. 26.) incurrat:

Loci præcipui ſunt.

1. De miniſtris uerbi.
2. De uocatione & ordinatione miniſtrorum uerbi.
3. De primogenitis.

Hæc ſunt genera Aa:) Primus locus de generatione Aaron.

Locutuſq; eſt Do:) Secundus locus de officio Leuitarum.

Locutuſque eſt) Tertius locus de filijs Leui.

Numera primo:) Quartus locus de primogenitis ſanctificandis ac redimendis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN IIII. CAPVT.

Hic inter Leuitas certa officia in transferendo & curando Tabernaculo conſtituuntur, ut ſumma ſit hæc officia iuxta cuiuſque familiam, & ſeorſum Cahatitis ſua officia aſſignantur.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt in miniſterio uerbi diuerſos eſſe gradus officiorum, in quibus ſinguli ſuum demenſum habent, & ſuos labores, ut hic in Epiſcopatu, ille in Paſtoratu &c. Deinde quod quiſque ſuam ſpartam quam nactus eſt, ornare, ſuumque gradum & ſuam ſtationem ſeruare teneatur, tantum abeſt, ut unus alteri ſuam ſortem inuideat, multo minus officium præripiat, aut in alienam functionem irruat. Quemadmodum ocioſi homines in præbendis aucupandis & occupandis expectant, & optant alter alterius mortem ad pinguiorem præbendam aſcendant, cum plerique uitam ocioſam agentes, ne quidem præbenda ianuæ, ut uocant, digni reperiantur.

Loci præcipui ſunt.

1. De diuerſis gradib. in miniſterio uerbi.

2. De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

2. De diſtinctione officiorum.
3. De obedientia & fidelitate præſtanda in ſingulis gradibus.
4. De ſollicitudine eorum, qui præeſſe debent, in miniſterio uerbi.

Textus per ſe ſatis dilucidus, expoſitione ſingulari non opus habet.

SCHOLIA IN V. CAPVT.

Sequitur ſecunda pars libri per duo ſequentia capita de uarijs legibus partim repetitis per amplificationem partim additis, ut ſolent leges augeri ſtatutis & edictis, Danicè, receſs. Porro qui ē caſtris eijciendi ſunt, hoc capite commemorantur. Deinde quomodo reconciliari proximo debet is qui per ignorantiam offendit. Poſtremo ſubiungit legem de primicijs domino offerendis, & mirabilem legem de Zelotypia id eſt, ſuſpicione de adulterio concepta.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt Deum requirere puritatem ſuorū in eo loco, ubi uerbum ſuum prędicari facit, quoniam ipſe purus deus eſt, et pura mente colendus eſt, ut Cato inquit, ideo nō ſolū Eccleſia repurgari debet à ſceleratis hominib. per excōmunicationem, ſed etiā politia per magiſtratum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſtratum,ut ſint ſancti & puri omnes,quem-admodum Deus ipſe ſanctus & purus eſt.

Loci præcipui ſunt.

De ſanctitate & puritate piorum.
De excommunicatione.
De reconciliatione.
De miniſterij uerbi conſeruatione.
De Zelotypia.
De pœna adulterij.

Locutuſque eſt) Primus locus,ubi præcipitur omnes leproſos aut alioqui pollutos ſegregandos & eijciendos eſſe è cõſortio reliquorum,uide de his Leui: 13. 14. & 15 uide exemplum infra cap: 12. de Maria ſorore Moſi, & de Oſia Rege 2. Paral: 26. Huic legi reſpondet apud nos excommunicatio crimínoſorum hominum, cuius methodum lege inter ea, quæ dictaui ſuper quintum caput prioris Epiſtolæ ad Corinthios.

Locutuſque eſt) Secundus locus,in quo conſtituitur lex de reconciliatione hominis offenſi. Porro,quod primum eſt in reconciliatione, ſcilicet,confeſſio peccati non eſt torquendum ad auricularem confeſſionem, aut enumerationem peccatorum quæ fit in Papatu ſacerdotibus, ſed ad locum Iacobi perti-

pertinet. Cõfitemini alterutrum peccata ue-ſtra, Iacobi ultimo. Et Luc: 17. Si pœnitentiam egerit, & dixerit, pœnitet me, remitte ei.

Omnes quoque pri:) Tertius locus de conſeruatione miniſterij uerbi Primiciȩ dabantur ſacerdotibus &c. Porro primitiæ loco reddi debet ex Hebræo leuatio ſeu thruma leuanda id eſt, oblatio quæ leuari debet à ſacerdote.

Locutusq; eſt) Quartus locus in quo mirabilis lex de Zelotypia conſtituta eſt, quæ teſtatur, quantopere Deus execretur adulterium. Significat autem zelotypia ſuſpicionem ſiniſtram mariti de ſua uxore, quod adulterium commiſerit.

Porro quamuis hæc ſit legalis tantum ceremonia Chriſtianis abrogata, tamen non propterea ſint homines leues in ſeparatione coniugĳ. Nam alioqui ſatis diræ comminationes & horrenda exempla adulterij, tam in prophanis, quam in ſacris literis continentur. Et obnoxij ſunt tales Dei maledictionibus, pœnis corporalibus & perpetuis.

SCHOLIA IN VI. CAPVT.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Duo complectitur hoc caput. Primo quæ ſit lex Nazaræi. Secundo, quomodo populus Iſrael ſit benedicendus ab Aarone & eius filijs, ut ſumma capitis ſit lex Nazaræorum, & modus benedicendi populum.

Pro diuiſione capitis primum uide quæ de Nazaræis dicta ſunt in capite 21. Leuit: Deinde quod Nazaræorum uita referatur ad locum de uotis, de quibus uide ea, quæ dictata ſunt in caput ultimum Leuitici Tertio, Nazaræi, ut à Neſer id eſt, ſeparatus conſecratus & ſegregatus, nomen habent, ita conſecrauerunt ſeſe ad tempus Domino, conſtituti ſub certis legibus diuinis, ut ſcilicet uoto abſtinentiæ ſe adſtringerent ad non bibendum uinum, comam nutriendam & mortuum non attingendum toto tempore ſeparationis ſuæ, idque in hunc finem, ut ſeparati ab uſu uini, & quarumlibet uoluptatum corporalium eo liberius uacarent legi diſcendæ, & cum ſacerdotibus (quibus itidem uinum interdictum erat tempore ingreſſionis Tabernaculi, Leuit: 10.) conuerſarentur, & diligentius expenderent Dei benignitatem triginta illis diebus, quibus eorum ſeparatio & conſecratio duraſſe dicitur.

Porro

Porro Samſon Iudi: 13. Et Ioannes Baptiſta ſingulare Dei mandatum abſtinentię, uidelicet à uino per totam ſuam uitam habuerunt. Non eſt ergo quod illi qui hodie Monaſticam uitam tueri ac defendere conantur, quod ſint cultus Deo accepti, Nazaræorum abſtinentiam prætexere contendant. Nam ingens diſcrimen eſt inter opera à deo inſtituta & ordinata, & inter illa quæ homines excogitant, nec mandata nec ordinata â Deo. Nazaræorum abſtinentia, Deo placebat, erat cultus Dei gratus, ſuas leges à Deo per Moſen datas habebat & ſua præmia. Monachorum uero regulæ, ordines habitus & ceremoniæ, cum uotis obedientiæ, caſtitatis & paupertatis, traditiones hominum & doctrinæ Dæmoniorum ſunt, ut Paulus de eis concionatur, nullum dei mandatum habent, nec uerum exemplum uel in Nazaræis uotarijs, nec in Rechabitis (de quibus infra in libris Regum) nec in Samſone, Samuele, Ioanne baptiſta, nec in ipſo Chriſto, qui Nazaræus uocatus eſt Matthæi 2. iam non ut legalis Nazaræus in uino ſepararetur à filijs hominum, ſed quantum ad puritatem ab omni peccato & omni carnis immundicia, attinet, Nazaræus hoc eſt, ſepa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ratus & DEO conſecratus in ſcriptura prædicatur. Monachi nihil cum his commune habent, ſed eſt temeraria imitatio, cũ horrenda impietate coniuncta, uidelicet quod illud excogitatum uitæ genus & ſuperſticioſus cultus mereatur remiſſionem peccatorum &c. Proferant è ſcriptura Monachi tale teſtimonium Dei, quale de Nazaræis Amos 2. deſcriptum eſt, Ego (inquit Deus ipſe) excitaui de filijs ueſtris prophetas, & de iuuenibus ueſtris Nazaræos &c. Admonet autem hic locus omnes pios, & ſeorſum uerbi Dei miniſtros, ut ſint temperantes in cibo, potu, ueſtibus & alijs rebus neceſſarijs, ut à commercio eorum, qui uoluptatibus dediti ſunt, abdicati uacare poſſint eo liberius Euangelicæ prædicationi, in uera ſobrietate, & non ſuperſtitioſa, nec corpori pernitioſa abſtinentia & omnium rerum mediocritate.

Loci præcipui ſunt.

1. De uotis
2. De Nazaræis.
3. De abſtinentia.
4. De temeraria imitatione Monaſtica.
5. De benedictione diuina.

Locutuſq; eſt) Primus locus de uoto Naza-

Nazaræorum, quod Hebraice Neſer dicitur,& Naſir,qui ſeruat hoc uotum.

Sin autem mor:) Repetitio conſecrationis,ſi fuerit pollutus.

Cum dies quos) Ritus in fine conſecrationis Nazaræorum obſeruandi.

Locutuſq; eſt) Secundus locus de benedictione Dei. Significat autem benedictio Dei, beneuolentiam & fauorem Dei, quem pij ſibi inuicem precantur ſemper, ut ſcilicet, det pijs copiam omnium bonorum temporalium & ſpiritualium Hebræis ſignificat augmentationem boni,ſicut maledictio ſignificat eis priuationem boni. Sic Iacob Dei benedictionem appellauit omnia bona ſua Gene: 33. Et Iacob ipſe benedixit filijs ſuis,i d eſt,augmentum in omni bono precatus eſt eis à Domino. Nam benedictio Domini diuites facit,familias & regna dilatat, uocatur & eleemoſyna pauperum benedictio contra auariciam. 2. Corinth: 9.

Porro formula benedictionis,item ſeries & uerba præſcripta ſunt hoc loco, qua benedictione nos etiam utimur,in cœna Christi. Conſiſtit autem hæc formula benedictionis in tribus membris, Primum eſt de rebus temporalibus. Secundum de rebus

ſpiritualibus. Tertium de conſeruatione utrarumq; . Nam Deus etiam promittit ſe bona quæ largitur cuſtodire uelle, ut non auferantur denuo per hoſtem & malos homines.

Inuocabunt nomen) Commendatur hic miniſterium uerbi & Eccleſiæ, per quod Deus benedicere uult populo ſuo.

SCHOLIA IN VII. CAPVT.

Sequitur tertia pars huius libri, quæ durat uſque ad undecimum caput, & continet uarias ordinationes ut conſecrationis Leuitarum, feſti Paſcæ tubarum &c. Porro quid munerum poſt Tabernaculi erectionem Proceres ſeu Principes duodecim conſtituti ſuper Iſraeliticum populum obtulerunt, in hoc ſeptimo capite deſcriptum eſt, ut ſumma ſit, oblationes ſingulorum ducum populi Iſraelitici, in dedicatione Tabernaculi.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, per dona oblata in dedicatione Tabernaculi & altaris à 12. principibus ſignificari Regibus & Principibus Eccleſiam & mi-

niſteri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

niſterium uerbi domini debere eſſe curæ, ut ipſorum opibus & opera ſeruetur Eccleſia.

Loci præcipui ſunt.

1. De conſeruatione miniſterij uerbi.
2. De liberalitate principum erga uerbi miniſterium, contra direptionem bonorum Eccleſiaſticorum.
3. De feſto dedicationis.
4. De præſentia Dei.

Factum eſt autem) Primus locus de oblatione plauſtrorum ſeu curruum ad uehenda uaſa & inſtrumenta tabernaculi in prolixis itineribus per deſertum.

Igitur obtulerunt) Secundus locus de oblatione munerum & de dedicatione Tabernaculi altaris &c. Fuit autem dedicatio Tabernaculi altaris & utenſilium, quædam gratitudo principum & populi pro inſtitutione religionis, pro loco, tempore & reliquis circumſtantijs, ſicut & Salomon templi dedicationem inſtituit. Et Dauid domum ſuam dedicauit, idque ſemel & non ſingulis annis quemadmodum poſtea tranſijt in abuſum, ut fuerunt noſtro ſeculo dedicationes templorum annu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ariæ,quæ templa ſanctis, non Deo dedicata ſunt,per impiam ſanctorum inuocationem, ideoq; abolita & abrogata.

Hæc in dedica:) Concluſio capitis & ſumma donariorum.

Cumq; ingrede:) Clauſula capitis de præſentia Dei,per & iuxta ſuum uerbum.

SCHOLIA IN VIII. CAPVT.

Duo complectitur hoc caput. Primum de collocandis lampadibus & lucernis,quibus ſanctificatur uerbum Dei iuxta illud. Lucerna pedibus meis uerbum tuum domine. Alterum eſt de purgandis & ſanctificandis Leuitis,per certa ſacrificia,ut ſumma ſit,diſpoſitio cādelabri,oblatio pro Leuitis,& ætas eorundem, quam etiam ſummus pontifex Romanus in ſuis ſacrificijs conſecrandis,obſeruauit. Sed quemadmodum Simia ſolet hominem imitari.

Caput in duas partes diuidatur. In priori de candelabris & lucernis. In altera de Leuitarum,qui Deo donati erant, ſanctificatione.

Loci pręcipui ſunt.

De ce-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

1. De ceremonĳs pro circumſtantia temporum obſeruandis.
2. De ordinatione miniſtrorum uerbi.
3. De miniſterĳ uerbi aptitudine & duratione.

Locutuſque eſt Do:) Prima pars capitis de collocatione candelabri ad auſtralem partem in Tabernaculo, uide Exod: 25. 37. & 40. ſeu ultimo capite, de candelabro & lucernis, item ea, quæ de candelarum ceremonĳs apud nos obſeruari debent.

Tolle leuitas) Altera pars capitis de ſanctificatione ſeu ordinatione Leuitarum. uide de conſecratione ſummi ſacerdotis & miniſtrorum Exod. 29. & Leuit: 8.

Locutuſque eſt) Clauſula de ætate, intra quam Leuitæ ſuo fungerentur miniſterio. Diſcamus hoc loco, neque admodum iuuenes, neq; admodum ſenes diſponere ad miniſteriũ uerbi, hos propter ſenilem infirmitatem, illos uero propter iuuenilem ardorem, & uitia iuuentutis.

SCHOLIA IN IX. CAPVT.

Duo complectitur et hoc caput. Primum de celebrando Phaſe ſeu Paſcate, ſingulis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

annis, in memoriam liberationis ex Aegy-
pto, quæ fuit figura uerbi, & æterni agni
paſcalis, filij Dei, iuxta illud Pauli 1. Co-
rinth: 5. Paſca noſtrum immolatus eſt Chri-
ſtus. Alterum columna ignis noctu & nu-
bes interdiu præcedens caſtra, fuit Chriſtus
dux & dominus populi Dei, & æternæ Ec-
cleſiæ ſuæ, ut ſumma ſit paſca mundorum
& immundorum & nubes operiens Taber-
naculum, quæ ducit exercitum.

Diuidatur etiam in duas partes. In
priori de Phaſe & qualiter ab immundis
ſit celebrandum. In altera de nube ſuper
tentorium.

Loci præcipui ſunt.

1. De feſtis & uiolatione feſtorum.
2. De figuris Chriſtum adumbrantibus.
3. De Præſentia Dei in Eccleſia.
4. De ſignis &c.

Locutuſque eſt Dominus) Prima pars
capitis in qua diuinum edictum promul-
gatur de immundis quatenus ipſi debent
celebrare Paſca. Docemur hic puras ma-
nus extollere ad Deum in inuocatione, in
cœtu, & congregatione &c. uide de feſto
Paſcæ Exod: 12. Leuiti: 23. Infra 28. &
Deut: 14.

Igitur

Igitur die qua:) Altera pars capitis de igne in nocte & nube in die, quo miraculo & ſuam & filij ſui præſentiam apud Eccleſiam fore ſemper Deus oſtendit. Docemur hic eo maiore reuerentia & ueneratione cum timore & tremore uerſari in Eccleſia Dei.

SCHOLIA IN X. CAPVT.

Conſtituitur hoc capite ratio mouendorum caſtrorum & conuocandæ multitudinis per ſonitum tubarum, quarum uſum præcipit quoque eſſe in ſacrificijs. Secundo præcipitur quo loco, quæque tribus caſtra mouere debebat. Poſtremo etiam obſeruanda eſt benedictio ſeu oratio Moſi & Deum protectorem eſſe ſperantium in ſe, ut ſumma capitis ſit de tubis argenteis, & profectione filiorum Iſrael atque ordinibus eorum.

Diuidatur in duas partes, in prima deſcribitur, quomodo ad tubæ clangorem mouenda eſſent caſtra. In altera recenſentur caſtrorum duces.

Loci præcipui ſunt.

1. De tu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

1. De tubis & campanis, ſeu de claſſico, ut uocant,uel ſigno militari.
2. De cruce & calamitate Eccleſię in profectione Iſraelitarum depicta.
3. Principibus & Ducibus.
4. De oratione.

Locutuſque eſt) Prima pars capitis, de tubis, quibus & tubæ militares apud nos reſpondent.

Anno ſecundo) Altera pars capitis de profectione filiorum Iſrael è deſerto Sinai, quæ eſt imago Eccleſiæ peregrinantis in hoc mundo, pariter & diuinarum promiſſionum de æterna uita,tametſi ſub cruce premitur interea temporis Eccleſia, nec caret tentationibus &c.

Dixitq; Moſes) Locus de ſenioribus, qui pollent conſilio & prudentia, quorum opera ſemper opus habet Eccleſia, quam ei denegare non debent uenerandi ſenes, in quibus eſt experientia rerum longo uſu non ſine moleſtijs & periculis acquiſita, quare merito ſeniores uocantur. Sic & Ioannes Euangeliſta ſenior appellatus eſt, quia Preſbiter & ſummus Apoſtolus iam ſenex &c. Sic & hic Moſes ipſius Ietro ſacerdotis Madian cognati ſui præſentiam auxilium,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

xilium,conſilium et in docendo fidelitatem & diligentiam optat & petit.

Cumq; eleua: arca) Clauſula capitis orationem Moſi continens uide Pſalm: 68. Doctrina pijs omnibus amplectenda, quod oratio ſit prora & puppis, initium & finis omnium actionum noſtrarum.

SCHOLIA IN XI. CAPVT.

Tertia pars libri,quæ fuit prorſus ceremonialis abſoluta breuiter & ſimpliciter, ſequitur quarta pars ab undecimo capite durans uſq; ad 17. caput, plena grauiſſimis & horrendiſſimis exemplis. Continet enim populi pro carnibus murmurationem & pœnam murmurationis. Deinde ſeditionem Aaron & Mariæ contra Moſen. Adhæc perfidiam exploratorum terræ Canaan. Mox alias & lamentabiles populi murmurationes. Poſtremo uarias pœnas ut incredulitatis, peccantium per ignorantiam & ſuperbiam, colligentis in Sabbato, nec non ſeditionis Corę Datan & Abiram,quibus exemplis admonemur etiam de noſtra natura corrupta,quanta eſt infirmitas,quanta beneficiorum Dei obliuio, quanta ino-

bedientia,rebellio,reſiſtentia et contumacia humanæ naturæ contra Deum. Admonemur inſuper etiam in hac parte de ira & miſericordia Dei,quæ utraq; nos ad pœnitentiam inuitat,ut ſeruiamus cum Paulo,legi Dei,non legi peccati &c. Rom: 7.

Porro capite undecimo deſcribitur horrendum murmurationis exemplum, populus enim murmurat et punitur. Primũ igne. Deinde aliјs plagis. Nam faſtidit Man & optat ſibi dari carnes. Ordinantur 70. Seniores Eldad & Medad prophetant in caſtris pluunt coturnices & puniuntur carniuori.

Caput hoc in duas partes diuidatur. In priori, deſcribitur murmuratio populi. In altera uero beneficium & liberalitas Dei.

Loci pręcipui ſunt.

1. De ingratitudine.
2. De incredulitate.
3. De murmuratione,
4. De prouidentia Dei.
5. De bonitate & longanimitate Dei.
6. De dono prophetiarum,
7. De miraculis,
8. De ira Dei.
9. De pœnis.

Interea

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Interea ortum) Prima pars capitis,de murmuratione populi Iſraelitici contra Deum & Moſen. Magna profecto contumacia eſt humanæ naturæ, Deus paſcit magno miraculo de cœlo tantam multitudinem, ſine ipſorum labore & moleſtia,ſed hoc tantum beneficium non agnoſcunt ingrati. Significatur hic uerum Manna id eſt, uerbum Dei fore in contemptu & futurum, ut Paulus ait, ut aures pruriant deſiderio nouæ doctrinæ faſtidientes uerum Manna &c. Tales hodie ſunt omnes qui redire cupiunt ad Papatum,& qui præferunt uerbo Dei ſuum uentrem & huius mundi delicias daturi pœnas Deo, ſicut hi dederunt &c.

Erat autem Man) Deſcriptio Man ſeu panis cœleſtis, uide Exodi 16. cap: Sapient: 16. Pſalm: 77. & Ioan: 6. ſcribitur Man Sapien: 16. deſeruiſſe uniuscuiuſque uoluntati, ac concurſum eſſe in id, quod quiſq; uolebat.

Audiuit ergo Moſ:) Expoſtulatio Moſi cum Deo grauiſſima,propter periculum, in quo uerſabatur.

Et dixit Domi:) Locus de Magiſtratu & gubernatoribus, qui uel pauci uel multi eſſent pro paucitate uel multitudine

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſubditorum, inde prouerbialis uerſiculus, An neſcis longas Regibus eſſe manus? hoc eſt, Multi ſunt qui cum rege populum gubernant, ut Senatus regni, Præfecti, Conſules, Senatores urbium.

Populo quoq;) Secunda pars capitis de beneficio & liberalitate Dei, Concurrunt & loci de prouidentia Dei, de bonitate & longanimitate Dei tam patienter ferentis deſideria multitudinis & incredulitatem. Punit quidem incredulitatem, ingratitudinem & murmurationem ſui populi, ſed ira eius durat uſque ad internecionem, ſed per admonitionem pauliſper turbantur, ut memores ſint legis diuinæ, Sap: 16.

Et ait Moſes ad Do:) Locus de incredulitate. Moſes enim hic non Dei potentiam, ſed populi multitudinem reſpiciens parum confidit Deo, ſicut & infra 20. cap: rurſum labitur, ubi dictum eſt ei & Aaroni, Quia non credidiſtis mihi, ideo non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Et Pſal: 106. Vexauerunt animum Moſi, ut quædam uerba exciderent ei.

Cui reſpon:) Locus de potentia Dei, Omnia quæcunq; uult, facit in cœlo & in terra. Nunquid manus Domini inualida eſt?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

eſt? Sic Eſa: 56. Non eſt abbreuiata manus Domini.

Venit igitur Moſ:) Locus de Magiſtratu & Gubernatoribus. Hic enim ex ſingulis Tribubus electi erant ſex uiri qui populum cum Moſe gubernarunt, ſed ſex duodecies multiplicantur in 72. Iam cum Moſi ſint 70. indicati reliqui duo manſerant in caſtris. Quod autem dicuntur omnes prophetaſſe conſiderandæ ſunt ſignificationes uerbi prophetare. Nam prophetare non tantum ſignificat magnalia Dei collaudare, populo uerba Dei prædicare, futura prędicere, cantica componere, ſed etiam exercere imperium in ſubditos iuxta uerbum Dei, cuſtodem utriuſq; tabulæ eſſe curam religionis & politiæ ſimul habere. Significat ergo prophetare hoc loco iuxta uoluntatem Dei regere ſubditos. Tales fuerunt Saul, Dauid & ſimiles ſcilicet Reges & Prophetæ, Talis & Samuel fuit iudex & Propheta, tales & hi 72. electi ex tota multitudine populi Iſraelitici. Magnum donum eſt, ſi multi ſunt in Eccleſia Dei Prophetæ & uaria ſpiritus dona, neq; quiſq; arcendus eſt à miniſtetio uerbi, cui contigerunt hæc dona.

Ventus autem egrediens) Locus de mi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

raculis. Nam hic deſcribitur miraculum etiam naturaliter factum.

Adhuc carnes) Locus de ira Dei & plaga populi. Ignoratur morbi genus, ſed credibile eſt intempeſtiuã fuiſſe ingluuiem &c.

SCHOLIA IN XII. CAPVT.

Sequitur aliud exemplum murmurationis & rebellionis Aaron fratris & Mariæ ſororis Moſi. Nam ambo ſuæ uocationis & ſui officij perteſi, fratri ſe oppoſuerunt leui occaſione, ſcilicet quia Moſes duxit in uxorem Aethiopiſſam ad hoc inducti, ſed deus tantum contemptum puniuit uerbis in Aarone, lepra uero in Maria, reliquis omnibus in exemplum, ne contemnerent ſuum Magiſtratũ, ſed ut quiſq; ſua ſorte cõtentus uiuat cum ſumma modeſtia non aliter de ſe ſentiens, quam oportet ſentire.

Diuiditur autem hoc caput in duas partes. In priori de peccato Aaronis & Mariæ. In altera de pœna peccati, lepra, qua percuſſa eſt Maria, nobis exemplum proponitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſuperbia & arrogantia.

De con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

2. De contemptu maiorum.
3. De afflictione.
4. De dignitate diuinæ uocationis.
5. De oratione.
6. De pœna arrogantiæ & contemptus.
7. De lepra.

Locuta eſt autem) Prima pars capitis de peccato Aaron & Mariæ. Murmurant enim aduerſus Moſen, quem Dominus elegerat ducem populi, locus de arrogantia & contemptu ſui Magiſtratus.

Fuit autem Mo:) Locus de afflictione.

Si fuerit Propheta) Locus de dignitate diuinæ uocationis. Facit enim Deus ipſe collationem inter uocationem Moſi, quæ fuit immediatē diuina uocatio, & aliorum Prophetarum, ſeptuaginta ſcilicet, quorum uocatio fuit quidem diuina, ſed mediatē, uidelicet per Moſen, ut cap: ſuperiori, lege de dignitate Moſi Ieſum Syrach initio 45. capitis, & tertium caput ad Ebræos.

Et excanduit) Altera pars capitis de pœna peccati, locus de ira Dei. Punitur enim Maria ſoror Moſi & Aaronis.

SCHOLIA IN XIII. CAPVT.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Sequitur horrendum exemplum ſcilicet perfidiæ & mendacij contra octauum præceptum. Mittuntur enim exploratores in terram Canaan, qui populum deterrent contra mandatum Dei, ab occupatione eius terræ. Nam Deus promiſerat ſe daturum eſſe terram Canaan, huic promiſſioni gratuito factæ debuiſſet populus credere, ut maxime uideretur difficilis fore eius expugnatio, ſed quia animi non in promiſſionem Dei, ſed in munitiones urbium & humanas uires ſpectant, ideo labitur & peccat populus magis credẽs legatis, quam promiſſionibus Dei.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt hic eſſe figuram Eccleſiæ quæ niti ſolet uerbo & promiſſionibus diuinis, non conſiderare, neque uim hoſtium, pecccati, mortis Satanæ &c. neq; etiam ſua merita &c.

Loci præcipui ſunt.

1. De fidelitate & infidelitate legatorum & nunciorum.
2. De inobedientia erga Dei mandata.
3. De incredulitate erga Dei promiſſiones.
4. De cœca ratione, quæ præſentia pericula, non Dei potentiam reſpicit.

Profectuſq; eſt) Primus locus de calamitate

mitate Eccleſiæ, quæ in profectione Iſraelitarum per deſertum ut in typo oſtenditur.

Ibiq; locutus eſt) Locus de exploratoribus & legatis, in his 12. uiris ad explorandam terram Canaan electis, quorum nomina ſequuntur ordine qui nam fuerint.

Miſit ergo Moſes) Locus de mandato legationis ſeu explorationis, id quod nos beſtillings breff uocamus. Sunt autem huius mandati 10. membra ut in textu.

Cumq; aſcendiſſent) Locus de fidelitate legatorum ſeu exploratorum.

Reuerſiq; ſunt) Locus de perfidia legatorum & exploratorum. Deberent enim hi uiri populum animare non deterrere ab occupanda terra Canaan iuxta promiſſionem factam patribus eorum. His reſpondẽt hodie ceremoniſtæ noſtri, qui deterrent homines à uera fide ſaltem ut maneant in deſerto traditionum humanarum aut redeant in Aegyptum Papatus & doctrinæ dæmoniorum. Contra quos debent Ioſue & Caleb id eſt fideles uerbi Dei fortiter pugnare ne perfidia exploratorum noſtræ fidei & ſalutis progreſſum habeat, ſed ut piæ mentes recta ducantur ad æternam uitam iuxta promiſſiones Dei, nobis factas per

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

filium Dei, Qui credit in filium habet uitam æternam.

Inter hæc Caleb) Locus de fidelitate miniſtrorum uerbi & conciliatorum.

SCHOLIA IN XIIII. CAPVT.

Memorabile eſt hoc caput, cuius multa mentio fit in ſacra ſcriptura. Magnum peccatum populi eſt diffidentis Deo, quod qui eos eduxerit ex carceribus Aegypti ac tot & tanta miracula fecerit, non poſſet introducere eos in terram promiſſam, qua ſua diffidentia irritant iram Dei, in ſe, & ex ſexcentis hominũ millib. duo tantũ ueniunt in terram promiſſam. Cæteri omnes moriuntur in ſolitudine. Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi. Vide Paulum 1. Corint: 10. Et Epiſtolam ad Ebræos cap: 3.

Caput in tres partes diuidatur. In prima populi murmuratio, uis & uiolentia contra Moſen. In ſecunda Moſi oratio, pariter & Domini reſponſio. In tertia, nunc exploratorum mors, nnnc prꝭſumptuoſorum Iſraelitarum pœna deſcribitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De facilitate deficiendi à fide ad incredulitatem.
2. De neglectu ſeu obliuione beneficiorum Dei.
3. De miniſtrorum uerbi fidelitate in auertendis peccatis.
4. De cõſolatione, Si deus pro nobis &c.
5. De periculis miniſtrorum uerbi.
6. De oratione.
7. De translatione pœnæ æternæ, in pœnam temporalem.
8. De bonis operibus, quod habent etiam præmia temporalia.
9. De plaga & pœna peccati.
10. De præſumptione faciendi aliquid ſine mandato Dei.

Igitur uocife:) Prima pars capitis de populi murmuratione & incredulitate, uide Deute: 1. & Pſal: 106.

At uero Ioſue) Locus de fidelitate miniſtrorum uerbi in auertendis populi peccatis & transgreſſionibus, requiritur enim inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur. Ioſue enim & Caleb, tametſi fuerunt proceres & principes in Politia Moſaica, tamen quia ſolo Dei uerbo regebatur politia, fuerunt etiam Prophetæ & miniſtri uerbi, fideleſq; ſerui Dei ſub Moſe.

Cumq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Cumq; clama:) Locus de periculis miniſtrorum uerbi & Magiſtratus, adiuncta conſolatione, quod Deum tutorem habent ac defenſorem.

Et ait Moſes) Secunda pars capitis de oratione Moſi & reſponſo Domini. Sit hæc oratio formula nobis petendi Deum primum pro gloria ipſius. Deinde pro neceſſitate proximi.

Dixitq; Dominus) Locus de remiſſione pœnæ æternæ, & caſtigatione temporali. Exempla uide in Adam & in Dauide lege etiam Deute: 14.

Seruum meum) Locus de præmio bonorum operum, uide Ioſue 14.

Igitur omnes uiri) Tertia pars capitis de plaga exploratorum, & locus de pœna peccati

Et ecce mane) Locus de præſumptione & temeritate, quæ ſua quoq; pœna non caret. Nihil ergo tentandum eſt ſine uerbo & mandato Dei.

SCHOLIA IN XV. CAPVT.

Caput hoc eſt partim ceremoniale, partim iudiciale. Primum enim præcipiuntur, uel

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

uel potius repetuntur uaria ſacrificia, præſertim libamenta terram promiſſionis ingreſſis offerenda, cum oblatione peccantis per ignorantiam & per errorem. Deinde conſtituitur pœna peccantis ex mera malitia. Poſtremo quæ debeat eſſe pœna uiolantis Sabbatum, propter eum qui ligna colligens in Sabbato lapidatur, qua occaſione conſtitutum eſt, ut in fimbrijs ueſtimentorum ſuorum haberent Iſraelitæ ſigna recordationis & obſernationis mandatorum Dei.

Diuidatur hoc caput in duas partes. Prima continet quædam ceremonialia. Secunda quædam iudicialia Moſi.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſacrificijs.
2. De ignorantia.
3. De errore.
4. De uoluntaria malitia.
5. De contemptu Sabbati.
6. De pœnis & ira Dei.
7. De phylacterijs.

Locutuſq; eſt) Prima pars capitis de ceremonialibus Moſi. Repetuntur enim quidam ritus ſacrorum, in terra Canaan obſeruandorum, Nam populus dei ſine religio-

ne

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ne conſiſtere non poteſt. Docemur igitur & nos ad conſeruationem religionis et noſtras ceremonias obſeruare.

Quod ſi per igno:) Locus de ignorantia, ſeu de peccantibus per ignorantiam. Peccare per ignorantiam, ſignificat ex incogitantia quadam & obliuione præter opinionem & expectationem aliquid committere, ut errare in diebus, in ritibus. Ignorantia enim Hebræis eſt omne peccatum præterquam id quod fit contra conſcientiam ex propoſito.

Quod ſi anima) Locus de errore, quando quis ex improuiſo peccat, ut tegula lædere proximum &c.

Anima uero quæ ſub:) Altera pars capitis, de iudicialibus Moſi & locus de peccato uoluntario, quod hic per ſuperbiam intelligitur. Significat enim ſuperbia contumaciam, Danice, egenuillighed, beraad houu, fortraadenhed, ut qui ex propoſito contra conſcientiam facit contra legem Dei. In Hebræo eſt, elata aut excelſa manu peccare id eſt totis conatibus & omnibus uiribus adhibitis, & cum audacia, atque arrogantia & quaſi per contemptum peccare.

Factum

Factum eſt autem) Sequitur caſus collectoris lignorum, in Sabbato, & locus de contemptu Sabbati, non ex negligentia, ſed ex mera proteruitate proueniente, dum poſthabitis animæ curis & gloria Dei contempta, ſua quædam terrena curant.

Dixit Dominus ad Moſen:) Locus de pœna uiolati Sabbati, Quid obſecro fiet illis, qui contempta Eccleſia ſpretis ſacris, indulgent potationibus diurnis & nocturnis, paſſim in tabernis à uino ad cereuiſiam, à cereuiſia ad uomitum, inde ad alias turpitudines, donec perditi crapula pœnas dent Deo grauiſſimas contempti uerbi &c.

Dixitque Domi: ad Moſen) Locus de phylacterijs ſeu fimbrijs, quem legis etiam Deute: 22. Funiculos in fimbrijs facies per quatuor angulos pallij tui, quo operiris, & Matth: 23. loquitur Chriſtus de abuſu mandati huius, cum inquit, dilatant phylacteria ſua & magnificant fimbrias, idem faciunt hodie Papiſtæ ſuis pallijs, almutijs, & alijs ſignis iam non cauſa obſeruandorum præceptorum Dei, ſed meræ impietatis & impoſturæ Satanicæ & hypocriſis, ad illaqueandas conſcientias hominum ſimplicium humanis traditionibus contra uerbum & mandatum Dei.

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XVI. CAPVT.

Deſcribuntur hoc capite duæ horrendæ ſeditiones. Prior eſt rebellio Corah, Datan & Abiram. Altera multitudinis contra Moſen & Aaronem & ambarum horribiles pœnæ, quibus monemur, ut obedientiam præſtemus tam Eccleſiaſticis quam politicis Magiſtratibus iuxta illud Roma: 13. Omnis poteſtas à Deo eſt, qui reſiſtit poteſtati diuinæ ordinationi reſiſtit. Tales & hodie proh dolor, in Eccleſijs Chriſti ſeditiones reperiuntur, ubi multi relicto ſuo ordine & gradu miniſterij per ſuperbiam & arrogantiam aſpirantes ad altiora ſe ſuis maioribus opponunt & ſeditionem contra eos concitant, donec & cœlum & terram contra ſe prouocauerint, & cum his tribus Leuitis perierint trahentes ſecum in perniciem omnes, qui cum eis in ſeditione participant. Quare diſcamus uel ex hoc uno exemplo manere in uocatione noſtra, donec à Deo uelut Aaron, uocati fuerimus ad alias functiones 1. Corinth: 7. Ebræ: 5.

Diuidatur hoc caput in duas partes, prout continet duas ſeditiones Leuitarum, ſcilicet & populi.

Loci

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

1. De uocationibus.
2. De miniſterio uerbi.
3. De Magiſtratu.
4. De ſeditionibus.
5. De arrogantia.
6. De pœna ſeditionis.
7. De falſo uulgi iudicio.
8. De defenſione.

Ecce autem Core) Prior pars capitis de ſeditione Leuitarum concitata contra Moſen & Aaronem. Aſſumpſerunt enim Core, Dathan & Abiram ad ſe multos alios ut fit in ſeditione, non ſolum Hon, ſed inſuper etiam 250 uiros, ut uel armis & uiolentia ſtationem ſuam deſerentes irruant in alienam functionem. Horrendum ſcelus, quod indicat & pœna quæ ſequitur horribilis & æterna.

Iratuſque Moſes) Hactenus de peccato nunc de pœna, quæ tametſi pro maiori parte deprecata eſt per Moſen, tamen ipſi ſeditioſi, cum uxoribus, liberis & tota familia perierunt.

Murmura: autem) Altera pars capitis, de ſeditione populi, quę grauiſſime per ignem punita eſt, deo ſuos interim protegente.

c Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XVII. CAPVT.

Sequitur quinta pars libri, quæ per quatuor capita durat, uſq; ad 21. cap. ubi dignitas, officium & præmium Sacerdotum ac Leuitarum, inſtituuntur cum aqua luſtrali, præter populi nouam murmurationem, Mariæ & Aaronis mortem. Porro certum teſtimonium & ſignum editur hoc capite 17. quos uidelicet in populo Deus elegerit Principes & Rectores. Miraculo enim oſtenditur Aaronem cum ſuis ad munus ſacerdotale electum eſſe. Nam ipſius ſolius uirga floruit & germinauit, ubi dignitas & autoritas miniſterij uerbi ſignificatur, ne quis exemplo Core ſeditionem ulterius contra uerbi Dei miniſtros concitare præſumat.

Pro diuiſione capitis obſeruandus eſt locus communis de dignitate & autoritate diuinæ uocationis ad miniſterium uerbi. Quod enim ſola uirga Aaronis floruit & fructum protulit, uoluit Dominus hoc indicio & magno miraculo oſtendere, omnes Iſraelitarum Tribus alienas eſſe à Sacerdotio, nullamq; idoneam, quæ in ſanctuario miniſtraret, præter unam Tribum Leui.

Quare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Quare docemur hoc loco, ne quæramus alienam uocationem aut functiouem, quam, eam ad quam apti ſumus & idonei. Deinde ut ſingulis uocationibus & ſeorſum uerbi Dei miniſterio ſuam dignitatem & autoritatem tribuamus.

Loci præcipui ſunt.

1. De dignitate & autoritate miniſterij uerbi.
2. De Sacerdotio.
3. De uocatione.
4. De miraculis &c.

Et locutus eſt Do:) Locus de dignitate diuinæ uocationis, in uirgis duodecim iuxta 12. Tribus Iſrael ſepoſitis in Tabernaculo fœderis inter quas uirga ſolius Aaron germinauit miraculoſe.

Quas cum poſu:) Locus de miraculis, quæ tum eduntur à Deo, quando noui aliquid & ſingulare coram incredulis hominibus inſtitui uult ac ordinari, ſicut hic diuinam Aaronis & Leuitarum uocationem intendit denuō cōfirmare.

Refer uirgam) Locus de ſignis, quibus homines admoneantur, nunc de obſeruatione mandatorum Dei, nunc de pœnis cauendis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

eundis,qua de cauſſa, uirga Aaron ad poſteros iubetur reſeruari.

Dixerunt autem) Locus de agnitione peccati. Nam agnoſcentes dicebant Iſraelitæ, Nos omnes expiramus deficimus & morimur,ſi uel ſcienter & ignorantes acceſſerimus & ingeſſerimus nos miniſterio templi. Porro, Allegoria uirgę Aaron non ad uirginitatem diuæ uirginis Mariæ, quæ ex alijs ſcripturæ locis defendi poteſt, ſed ad Chriſti regnum & Sacerdotium, cuius Aaron typus erat,referatur, ut quēadmodum uirga Aaron primum germinauit , deinde floruit, poſtremo fructum protulit: ita Chriſtus, quantum ad humanitatem ſuam attinebat, ueras progreſſiones habuit, ab infantia ad puericiam, ā puericia ad adoleſcentiam ab adoleſcentia ad iuuentutem, & inde ad uirilem ætatem &c. Ideo Chriſtus germen,flos & fructus paſſim in Prophetis adpellatur.

SCHOLIA IN XVIII. CAPVT.

Initio conſtituuntur hoc capite uaria officia Leuitarum.Deinde conſtituitur & certus uictus ex ſacrificijs,oblationibus & decimis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cimis,pro Leuitis & ſacerdotibus. Præterea ut omnia primogenita hominum redimebantur,certo ære.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt miniſtris uerbi, deberi mercedem ab illis, quibus in uerbo Dei ſeruiunt, ut qui prædicat Euangelium, ex Euangelio uiuat, iuxta Chriſti dictum Luc: 10. Dignus eſt operarius mercede ſua,uide 1. Corinth: 9. ad Gal: 6. Tenentur ergo tam Principes quam populus,tam nobiles quàm ignobiles,tam ciues quàm ruſtici liberaliter conferre aliquid in medium ad conſeruationem religionis & ſuſtentationem miniſtrorum uerbi.

Loci præcipui ſunt.

1. De miniſterio uerbi.
2. De mercede miniſtrorum.
3. De decimis & Primicijs.

Dixitq; Dominus ad Aa:) Locus de miniſterio uerbi. Deſcribit enim officium ſacerdotum & Leuitarum.

Locutuſq; eſt Do:) Locus de mercede miniſtrorum. Ordinatur enim uictus ſacerdotibus ex Primicijs.

Filijs autem Leui) Ordinatur uictus pro Leuitis ex decimis, & prohibetur eis poſſidere partē terrę ut habebant alię tribus:

Nam qui militat Deo, non debet ſe implicare negocijs ſecularibus, ut curet ea quæ Dei ſunt & ſuo ſtipendio ſit contentus.

Præcipe Leuitis) Mandatum ad Leuitas, ut dent decimas decimarum id eſt, ex ipſis decimis dent & ipſi decimas. Exemplum miniſtris uerbi, ne deſinant eſſe liberales in pauperes, ex eo, quod ipſis datur, & ut ipſimet frangant etiam panem ſuum eſurienti, ne cum prædicauerint hoc alijs, ipſi reprobi per auariciam & ſordes efficiantur.

SCHOLIA IN XIX. CAPVT.

Pergit Moſes in ceremonijs nouis ex mandato Dei condendis, ut lex de uacca rufa, deque cinere eius & aqua luſtrationis, & lex de moriente in Tabernaculo, deque mundandis ijs, qui ex cadauerum contactu immundi facti ſunt.

Pro diuiſione capitis primus & præcipuè obſeruandus eſt locus de aqua aſperſionis quæ conficiebatur ex cineribus combuſtæ uaccæ rufæ, qua aſperſi mundabantur. Hunc uero locum interpretatur Epiſtola ad Ebræos capite duodecimo, Sicuti enim uacca rufa cremabatur extra ca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſtra & eius cineribus cum aqua mixtis expiabatur populus: ita Chriſtus paſſus eſt extra muros & portas Ieruſalem, ut ſuo ſanguine aſpergeret in ſe credentes. Ex hoc ipſo loco orat Dauid ut Deus aſpergat Iſopo intelligens filium Dei. Temeraria igitur eſt imitatio huius ritus apud Papiſtas de aqua benedicta, cum Iudæi mandatum habuerint, Papiſtæ uero nullum. Deinde & impia quoque cum ſuæ aquæ benedictæ tribuerint expiationem peccatorum leuiorum &c. Sit per iſtas aquas adumbrata gratia Chriſti & ſpiritus illius expurgator omnium ſordium, qui & nomine aquarum uenit in diuinis literis Ioan: 7. Et ſanguis Chriſti emundat nos ab omni peccato 1. Ioan: 1. Et Heb: 9.

Loci præcipui ſunt.

1. De ceremonijs.
2. De aqua luſtrali.
3. De aqua benedicta obiter.
4. De mundationibus &c.

Locutuſque eſt) Mandatum Dei, quomodo conficiatur aqua luſtrationis.

Habebunt hoc) Mandatum de uſu huius aquæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Iſta eſt lex ho: Lex morientis in Tabernaculo.

SCHOLIA IN XX. CAPVT.

Quatuor complectitur hoc hiſtoricum caput, Primum de morte Mariæ ſororis Moſi. Secundo, Murmur populi contra Moſen propter defectum aquæ. Tertio quod ab Edomitis populo tranſitus negatur per terram ipſorum. Quarto quod pro mortuo Aarone conſtituitur pōtifex filius Eleazar, ut ſumma ſit, quod Maria moritur in Cades. Populo ſitibundo & murmuranti aquæ dantur è Petra. Mittuntur nuncij ad Edom. Moritur Aaron & filius Eleazar ſubſtituitur.

Diuidatur hoc caput in duas partes, In priori deſcriptæ ſunt duæ hiſtoriæ, quarum altera de morte Mariæ, altera de aqua è Petra profluente. In poſteriori parte ſunt itidem duæ hiſtoriæ. Altera de maleuolentia Edomitarum. Altera de morte Aaronis,

Loci præcipui ſunt.

1. De morte corporali.
2. De ingratitudine & murmuratione.
3. De miraculis.

De Chriſto

4. De Chriſto ſaluatore noſtro ex Epiſtola Pauli ad Corinth: priori. Petra erat Chriſtus.
5. De ira Dei.
6. De malicia mundi & impiorum aduerſus Eccleſiam Dei.
8. De miniſterio uerbi.
9. De uocatione.

Veneruntq; fil:) Prima pars capitis de morte mariæ & murmuratione populi, adiungitur egregia matrona per tranſitum à morte ad uitam reliquis illuſtribus mulieribus Euæ, Saræ, Racheli &c.

Cumq; indige:) Locus de murmuratione populi contra Moſen propter defectum aquæ. Fuit autem ingens hoc peccatum. Debebat cogitaſſe populus, Deum qui dediſſet Manna, dediſſet coturnices, qui hactenus dux & protector ingentibus editis miraculis populi fuiſſet, daturum etiam aquas.

Ingreſſuſq;) Locus de efficacia orationis, & exemplum omnibus miniſtris uerbi, quorum eſt, ſemper populi peccatum, ingratitudinem, murmurationem &c. deprecari apud Deum, et credere promiſſionibus Dei, quod exaudiantur. Multum enim ualet aſſidua deprecatio Iuſti, Iacobi 5.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Locutuſq; eſt Domi:) Locus de miraculis, pariter & de figuris, utrumque enim hoc loco proponitur miraculum, quia de petra duriſſima profluxit aqua, figura, quia petra erat Chriſtus 1. Corinth: 10. Pariter & egregia conſolatio, quod Chriſtus adfuerit Eccleſiæ ſuæ ab initio mundi, facta prima promiſſione de Semine benedicto. Dicitur & propterea λόγος, quia locutus eſt patribus ſeu cum patribus, in ueteri Teſtamento.

Tulit igitur Moſes) Locus de infirmitate humana, Moſes uir Dei factus incredulus, edidit uocem impietatis contra deum, quare ſecuta eſt pœna priuationis terræ Canaan. Huius loci & lapſus fit mentio Pſalm: 106. Rurſum irritauerunt eum iuxta aquas contentionis, & afflictus eſt Moſes propter eos. Nam uexauerunt animum eius, ita ut quædam uerba exciderent ei &c.

Sit hoc exemplum perpetuum omnibus pijs, & ſeorſum uerbi Dei miniſtris, ut qualeſcunque fuerint per infirmitatem carnis, caueant ſibi perpetuo & in æternum ne relabantur ad impietatem & incredulitatem. Si uero relapſi fuerint, ut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſtatim agant pœnitentiam & ad Deum reuertantur, Sicut hic Moſes fecit, & ipſius æterna pœna translata eſt in temporalem, ut eſt in æterna uita. Fuit enim in monte Thabor cum Chriſto Matth: 17. Luc: 9. Mar: 9.

Miſit interea) Locus de malicia mundi odio perſequentis Eccleſiam Dei. Poſteri enim Eſau, qui fuit frater Iacob imitantes ipſum Eſau, pios tametſi fratres ſuos perſecuti ſunt.

Cumque caſtra) Locus de morte corporali. Moritur enim Aaron & conſtituitur filius eius Eleazar Pontifex, ut ſic perpetuum Sacerdotium ſit donec ueniat æternus Rex & ſacerdos, non ſecundum ordinem Aaronis ſed Melchiſedech Pſalm: 110. Ebræ: 6. & 7.

SCHOLIA IN XXI. CAPVT.

Sequitur hic ſexta pars libri, durans uſque ad 25. caput & continet primum uictoriam contra Cananæos. Deinde pœnam ingratitudinis & murmurationis horrendam per ignitos ſerpentes, Poſtremo benedictionem & Prophetiā Balaam. Hoc .n.

cap:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cap: 21. noua ſeditio populi contra Dominum & Moſen oritur, eo quod aqua deeſt, & quod nauſeam habeant ſuper Manna. Quare etiam grauiter puniuntur. Vincuntur item Reges, Zeon Amorrheorum et Og rex Baſan.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori cruentum bellum & cruenta pœna, deſcribuntur. In altera profectio Iſraelitarum & occupatio partis alicuius terræ, extra terram Canaan ultra Iordanem.

Loci præcipui ſunt.

1. De uictoria piorum contra pios.
2. De ingratitudine & Incredulitate.
3. De perſeuerantia in ingratitudine.
4. De ſeditione & pœna ſeditionis.
5. De oratione.
6. De figuris.
7. De ueritate promiſſionum diuinarum.

Quod cum audiſſ:) Prima pars capitis de uictoria contra Cananeos & de pœna per ignitos ſerpentes immiſſa, locus autem communis eſt de uictoria piorum per fidem contra impios & per orationem. Victoria enim è cœlo eſt & à Domino, Iudi: 5. & 1. Reg: 14. Victoria Dei eſt non hominum, ſic & nobis uictoriam dedit Deus per

per dominum Ieſum 1. Corinth: 15. quam fide conſequimur, quia uictoria quæ uincit mundum fides eſt, & is uincit mundum, qui credit, quod Ieſus eſt filius Dei 1. Iohan: 5. Igitur uictoria piorum ſpiritualis acquiri debet ſpiritualibus armis Eph: 6. Corporalis uero non tam armis corporalib. quam oratione & inuocatione cum uictoria Dei ſit & nõ hominũ 1. Reg: 14. acquirenda eſt.

Profecti ſunt autem) Locus de ingratitudine & murmuratione adeoq; contemptu uerbi Dei. Per hoc enim quod Nauſeam habent ſuper Manna, ſignificatur faſtidium & contemptus uerbi dei.

Quamobrem miſit) Locus de pœna contemptus uerbi. Punitur enim populus per ignitos ſerpentes, ſic & omnibus ſeculis certæ pœnæ manent contemptores uerbi, ſicut Paulus hoc explicat 1. Corint: 10. & uocat tentare Chriſtum, ſcilicet, per negationem &c.

Ad quorum plag:) Locus de confeſſione peccati, & quod calamitas facit nos orare Pſalm: 78. Cum occideret eos, quærebant eum.

Et locutus eſt D: ad e:) Locus de conſolatione, quæ ſequitur confeſſionem & orationem. Plaga enim per ſerpentes, tollitur

per

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

per æneum ſerpentem ſuſpenſum, ut in eodem Pſal: 78. Ipſe autem erat miſericors & propicius fiebat peccatis eorum, & non diſperdidit eos. Et ſæpe auertit iram ſuam, nec ſuſcitauit omnem furorem ſuum. Recordabatur enim quod caro ſunt, uentus abiens & non rediens. Ecce miſera noſtra conditio deum commouet, ut ignoſcat nobis peccantib. &c. Porro locus hic admodum celebris eſt & Chriſti figura, quam explicat ipſemet Ioan: 3. Sicut Moſes exaltauit ſerpentem &c. Huc refer antiqui ſerpentis, id eſt, Satanæ morſum, quo uulnerati fuimus omnes in primis parentibus noſtris, à quo morſu, nemo prærer unicum Chriſtum nos curare poterit, præterea uenit & hoc obſeruandum, quod hunc ſerpentem æneum confregit Ezechias ſiquidem eo tempore filij Iſrael adolebant, & incenſum uocantes eum Nehuſtan 4. Reg: 18.

Profectiq; filij) Secunda pars capitis de profectione filiorum Iſra: per deſertum de qua infra cap: 33. & de occupatione terræ ultra Iordanem, quæ pars duabus Tribubus Ruben & Gad & dimidiæ Tribui Manaſſe tandem ceſſit in poſſeſſionem, ſatis periculoſis conditionibus, ut legis infra cap: 32.

Vnde

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Vnde dicitur in lib:) Locus diligenter obſeruandus, quod ante Moſen quoq; fuerint libri ſcripti, ſicut hic fuiſſe dicit librũ bellorum, ſcilicet, à quo bella Abrahæ & aliorum ſanctorum ſcripta erant, qui neglectus eſt ac perditus iniuria temporis. Id etiam de libro Enoch intellige Epiſtola Iudæ.

A quo percuſſ: eſt) Hic incipitur poſſideri terra circa Iordanem ab Arnon fluuio, uſque ad Iaboch extra tamen promiſſam terram.

Dixitq; dominus) Clauſula capitis, ut initium ſcilicet de uictoria piorum contra impios, uide Pſalm: 137. & 136.

SCHOLIA IN XXII. CAPVT.

Subſequuntur adhuc ſe inuicem in hac ſexta libri parte, tria capita, quæ cohærent in una et eadem materia, nẽpe de benedictione et prophetia Balaã. Oſtendunt autem ſcripturę Syriacũ fuiſſe hunc Bileam, atq; inde euocatum, ut filijs Iſrael malediceret, iuxta impiam gentiliũ conſuetudinem et ſuperſticiones idolatricas, adeoq; diuinationes et incantationes, quarũ reliquię hęrent etiamnũ hodię

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

hodiē paſſim apud Papiſtas,ut maledictio-
nes,prædictiones &c. uide Ioſue 24. de hoc
propheta Bileam & 2. Pet: Secuti (inquit)
uiam Balaam filij Boſor,qui mercedem ini-
quitatis amauit. Correptionem uero ha-
buit ſuæ ueſaniæ,ſubiugale,mutum animal
hominis uoce loquens,prohibuit Prophe-
tæ inſipientiam.

Porro caput hoc in duas partes diuida-
tur. In altera uocatur Bileam ſemel atque
iterum à Balach, rege Moabitarum, ad ma-
ledicendum populo Dei. In altera uero uo-
catus tandem uenit,non ſine miraculo, quo
reprehenditur ipſius auaricia.

Loci præcipui ſunt.

1. De conatu impiorum contra pios.
2. De pſeudoprophetis & mercenarijs.
3. De maledictionibus,
4. De contemptu mandatorum Dei.
5. De auaricia miniſtrorum uerbi.
6. De miraculis.
7. De pertinacia & proteruitate.

Profectiq; caſtra) Prima pars capitis de
Balac rege Moabitico mittente ad Bileam,
ut maledicat populo dei,ſimiles ſunt hodi-
erno die crebræ maledictiones & excom-
municationes,quæ fiunt ā Papiſtis, contra
benedi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

benedictionem Dei, qua pij fruuntur, et maleuolentia impiorum redundat in caput ipſorum. Eſt autem hic locus communis de fruſtraneo conatu impiorum contra pios, quibus Deus omnia cooperatur in bonum & comprehendit impios in aſtutia ſua, quorum etiam maledictionem uertit in benedictionem & liberat ſuos electos.

Miſit ergo nuncios) Bileam propheta uocatur ad maledicendum populo Dei. Significat autem maledicere malum imprecari, diris deuouere, Satanam petere, ut noceat &c. ut ſolent homines impij, & peruerſi confugere ad iniqua media, ut magiam, incantationem, diras deuotiones &c. ad opprimendos pios. Exempla ſequuntur in hiſtorijs, ubi conſuluerunt Magos, Pythones, ueneficas, &c. Hic muniendæ ſunt mentes piorum promiſſionibus diuinis. Non peribit capillus &c. Ego uobiſcum ſum.

Dixitq; Deus ad Bil:) Locus de prohibitione diuina, cui debuiſſet Propheta obtēperare, nec permittere ſe munerib. corrūpi, ſicut Petrus uocat mercedē iniquitatis. Sed auaricia eſt pernicioſiſſima, præſertim ſi ea laborant miniſtri uerbi. Tunc enim nihil ab eis recte geritur.

Surrexit Balaam mane) Secunda pars

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

capitis de Pſeudopropheta Bileam, qui fuit nominatiſſimus artifex in arte diuinandi. Erat enim augur, magus & incantator, qui propter inobedientiam à Deo miraculoſè reprehenditur in tranſitu, conductus iniquitatis mercede. Proponitur autem in Bileam Propheta exemplum, ne miniſtri uerbi, quæſtum ex pietate & miniſterio uerbi Dei faciant, ſicut hic Propheta facit, cuius auaricia per aſinam & angelum reprehenditur. Aſcendit enim ad Regem Balac, ut ab eo ingentia munera auferat, non quærens Dei gloriam, ſed ſuum cõmodum 2. Pet. 2.

Stetitq; angelus Do: Locus de pertinacia & proteruitate miniſtrorum uerbi, qui auariciæ ſpiritu corrupti ſunt. Hic Bileam admonetur primum à Deo, deinde ab aſina ſua ſatis miraculoſe, propterea quod aſina loquitur contra ſuam naturam cum ſit mutum animal. Poſtremo ab angelo, qui repetit permiſſionem Dei concedens Prophetæ, ut uadat, quaſi dicat, Si nihil aliud uis quam ire, uade ſcilicet, in tuum malum, ut eſt tandem interfectus, uide infra cap: 31.

Porro de miraculo, quod edidit Deus per aſinam loquentem uide Auguſtinum, lib: 1. cap: 34. de miraculis ſacræ ſcripturæ Tomo 3. et Tomo 4. ad Simplicianum lib.

2. de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

2. de diuerſis quæſtionibus, quæſtione prima. Locutum eſt (inquit) illud iumentum ad tempus, ut Deus quod ſtatuerat, demonſtraret, non ut habitu perpetuo inter homines beſtia loqueretur.

Obſecro ut hic ma:) Locus de hypocriſi. Commendauit quidem Dei potentiam, ſed hic uictum ſe cupiditate monſtrauit ubi loqui ſibi Dominum de hac re iterum uoluit, de qua eius iam cognouerat uoluntatem, debuiſſet conſtans eſſe, poſtq; ſemel audiuerat, quod ei dictum erat ã Domino, uidelicet, Non ibis cum eis &c. Proinde Dominus uidens eius cupiditatem captam, deuictamq; muneribus, permiſit eum ire, ut per iumentum, quo uehebatur, eius auariciam coerceret, uide Auguſtinum in Quæſtionibus in librum Numerorum lib: 4. ca: 48. Tomo 4.

Quod cum audiſſet) Locus de perſeuerantia impiorum in malo propoſito, deque medijs iniquis ac Idolatricis, quibus ad opprimendos pios, utuntur. Fuerat autem hic Bileam famoſiſſimus in arte Magica & in carminibus noxijs præpotens, non ad benedicendum ſed ad maledicendum. Dæmones enim ad maledicendum inuitantur, non ad benedicendum. Et ideo quaſi ex-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

pertus Bileam in talibus admirandis erat omnibus,qui erant in Oriente. Nam ſi plurima experimenta non præceſſiſſent, quod frequenter maledictis hoſtem armatum in fugam uertiſſet,non præſumpſiſſet rex Balac hoc poſſe fieri uerbis quod ferro & acie uix poſſet impleri,uide Auguſt: in Sermo: de tempo: Sermo: 103. Tomo 10.

SCHOLIA IN XXIII. CAPVT.

Hic Bileam acquieſcit Regis petitioni contra prohibitionem Domini, rogatuſq; uolebat maledicere populo Dei, ſed quia non eſt conſilium contra dominum & greſſus hominis à Deo diriguntur,incipit benedicere, & non maledicere populo. Vertit enim Dominus ſermonem eius, ut læta, non triſtia, bona non mala populo Iſrael precaretur. Ingens ergo & ſtupendum miraculum eſt,quod Bileam propter auariciam maledicturus populo,benedicere cogitur, Sic multorum impiorum maledictiones uertuntur in benedictionem, ſic & hodiè Papiſtæ contra ſeipſos & pro nobis, orant in oratione Dominica. Sanctificetur nomen tuum. Sic & Caiphas prophetauit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Sic deniq; ſolet Deus etiam impijs & hypocritis ad ſuam gloriam, tanq; inſtrumentis uti, quod omnes omnium temporum hiſtoriæ teſtantur.

Pro diuiſione capitis obſeruandus eſt præclarus locus & egregia ſententia Pauli Roma: 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? ut nullam impiorum maledictionem timeat is, qui Dei benedictionem fide conſecutus eſt. Omnia enim credentibus cooperantur in bonum.

Loci præcipui ſunt.

Maledictiones impiorum in benedictiones à Deo uertuntur.

Malum conſilium conſultori peſſimum.

Non eſt conſilium contra Dominum.

A Domino uiri greſſus diriguntur.

Nihil poſſunt Satan et impij, non permittente Deo.

Vbi ſpiritus Domini ibi libertas.

Dominus cuſtodit Iſrael & non dormit, nec dormitat.

Mane autem facto) Iubetur Bileam in primo loco maledicere populo Iſrael nempe in Eccleſijs Baal &c ſed fruſtra.

Sta pauliſper) Mentitur Bileam & ſimulat ſe ad Dominum iturum, qui iam di-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

xerat ei, quod populo Iſrael non maledice-ret, ſed ad ſuas incantationes ſub prætextu nominis Dei uadit, impius Propheta.

Sumpta parabola) Parabola ſignificat oraculum id eſt tale uerbum, quod homo non ex ſeipſo loquitur, ſed quod Deus ei in ore ponit, ut quando impius prædicat uerbum Dei, quod eſt contra ipſum & contra omnes ipſius ſectatores, aſſumpſit parabolam id eſt, cepit more prophetarum dicere, uel exorſus eſt ſermonem Propheticum, ut accipiatur parabola pro ſermone prophetico.

De Syria) Prima benedictio.

Dixit ergo) Iubetur Bileam ex ſecundo loco maledicere populo, ſed iterum fruſtra.

Sta Balach) Secunda benedictio cum ſuis argumentis, quod populus Iſrael ſit inexpugnabilis.

Et ait Balach) Iubetur tertio loco Bileam maledicere populo Dei, ſed æque fruſtra ut prius.

SCHOLIA IN XXIIII. CAPVT.

Pergit Bileam contra animi ſententiam bene-

benedicere populo Dei, præterea prophetat etiam de futuro regno Iſrael et de aduentu Chriſti. Quanq̃ enim impius & homo auarus eſt tamen à Deo propheta uocatur, ut doceat uerbum Dei, ubi cernere eſt quanta ſit uocatio prophetarũ & Apoſtolorum. Deus ponit in eorum os uerbum ſuum, & ita utitur illis tanq̃ inſtrumentis, ut etiamſi uelint, ſicuti hic auarus propheta, tamẽ non poſſunt aliud, quam quod à Deo ipſis datũ eſt, loqui & docere. Deinde quod prophetæ & Apoſtoli ducti ſpiritu ſancto, nõ poſſunt errare in doctrina.

Diuidatur hoc caput, in duas partes. In altera benedictio tertia, In altera uero prophetia de aduentu Chriſti, continetur.

Loci præcipui ſunt.

1. De benedictionibus.
2. De Prophetia.
3. De conceptione Chriſti.
4. De Monarchijs.
5. De abolẽdo cultu et ſacerdotio Moſi.
6. De euerſione regnorũ et imperiorum.

Cumq; uidiſſet) Prior pars capitis de benedictione, qua Bileam contra ſuam uoluntatem benedicit populo dei, confugerat bis in hoc negocio, ſuę auaricię conſulturus ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

incantationes,ſed a deo præuentus eſt. Ideo nunc tertio certior omnino redditus de uoluntate Dei, de qua antea dubitauit, recta ſtatim ad benedicendum populo ſe accinxit.

Dixit Bileam) Præmittit benedictioni, ſuam in docendo,quam habet autoritatem, idq; his quinq; membris, quæ ſe inuicem ordine in textu ſequuntur,ſic Matth: 7.Chriſtus erat docens eos, ſicut poteſtatem habens,non ſicut Scribæ.Pertinent hęc ad locum attentionis.

Quam pulchra) Tertia benedictio,quæ ſex membris ſeu argumentis, quibus Iſraelitici populi perduratio confirmatur, conſtat.

Porro commendat religionem & politiam Iſraelitici populi à fertilitate & amœnitate,propter plantationem & uerbum Dei adeoque propter Eccleſiam, quæ fouetur uerbo & gratia Dei.

Fluet aqua) Secundum membrum de propagatione Eccleſiæ,ut alibi, uidebit ſemen longæuum.

Tolletur) Tertium membrum de potentia & fortitudine per Agag intelliguntur Amalechitæ deuicti tandem per Saulem & Dauidem.

Deus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Deus eduxit) Quartum membrum à beneficijs Dei prioribus.

Veruntamen) Altera pars capitis, de prophetia Bileam, quæ eſt ualde illuſtris de Chriſto & aduentu Chriſti. Vocat Chriſtum ſtellam id eſt, lumen nempe ad reuelationem gentium & gloriam plebis Iſrael.

Venit in trie:) Sequitur prophetia Bileam de regnis & imperijs ſeu monarchijs euertendis, ut Aſſyriorum, Perſarum & Medorum &c.

Et Eber) Per Eber intelliguntur Ebræi, ex Eber prouenientes Gene. 10. Eſtq; locus de abolendo cultu & Sacerdotio Moſi, & euertendo toto regno externo Iſrael per Romanos, & de Romanorũ imperio quoq; euertendo.

Sit igitur hæc prophetia Bileam pijs omnibus commendata.

SCHOLIA IN XXV. CAPVT.

Sequitur ſeptima pars huius libri de horrenda fornicationis pœna, deq; populi numeratione, pro terra Canaan diuidenda, cum lege hæreditatis de ſucceſſione, pariter

& de Ioſue poſt Moſen electione, quæ pars durat uſq; ad 28. caput.

Porro tria proponuntur hoc capite, Primum pœna Idolatriæ. Deinde pœna fornicationis, Poſtremo pœna Madianitarum. Fornicatur .n. populus cum filiab. Moab, tam in fornicatione cultus id eſt Idolatria, quàm in corporali turpitudine, qua de cauſa Pinehas occidit in tabernaculo Zimri & Cozbi, populus uero Baal adorans punitur, ut in perpetua memoria reſeruetur ira dei horrenda contra Idolatras & fornicatores.

Pro diuiſione capitis obſeruari debet locus qui eſt 1. Cor: 10. Neq; inquit fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt una die uiginti tria millia. Deinde locus in Pſal: 106. Ipſi præterea adhæſerunt Baal Peor, & comederunt ſacrificia mortuis Dijs oblata. His factis ſuis ad iram prouocauerunt eum, & ſæuit plaga in eos, Acceſſit autem Pinehas & placauit & plaga ceſſauit, & hoc reputatum eſt ei ad iuſticiam perpetuo & in æternum.

Loci præcipui ſunt.

1. De Idolatria fugienda.
2. De fornicatione uitanda.
3. De pœnis & plagis transgreſſorum.

4. De officio Magiſtratus in puniendis delictis.

5. De cura ueræ religionis apud Principes habenda Qui dat occaſionem damni damnum dediſſe uidetur.

Morabatur autem) Sequitur hic ordine uigeſima quinta manſio. Eſt autem Sitthim locus non procul à monte Peor, unde Ioſua miſit exploratores ad inueſtigandam terram in circuitu Ierico Ioſue 2. cap:

Et fornica:) Locus de fornicatione quæ ſolet ſemper eſſe incitamentum Idolatriæ quæ propterea fornicatio paſſim in Prophetis uocatur. Exemplum uide in Salomone. Porro locus infra cap: 31. & Apoc: 2. inſinuarunt hæc accidiſſe conſilio Bileam, quod dediſſet regi Balach.

Et iratus eſt Dominus) Locus de pœna Idolatriæ quod Principes non curantes ueram doctrinam, neq; uerum cultum Dei, patiuntur populum labi, in Idolatriam ſua negligentia. Ideo iubentur occidi mandato Dei, habent igitur hic Principes inſigne exemplum, ſpectare ad eos curam ueræ religionis.

Et ecce unus) Locus de fornicatione corporali, quæ nunc fructus eſt Idolatriæ, nunc incitamentũ Idolatriæ, ut ſupra, Nam quicun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quicunq; ſe cum dijs alienis audet contaminare contra primum præceptum, idem ſexti præcepti transgreſſionē non formidat.

Quod cum uid:) Locus de pœna fornicationis ſeu ſcortationis & exemplum nobis propoſitum, quàm grauiter deus execretur & puniat ſcortationem, occiditur cum ſcorto Iſraelita & ſimul 24 hominum millia.

Dixitq; Dominus ad Moſen) Locus de præmio bonorum operum, quæ fiunt à Magiſtratu, quando iuſte puniunt manifeſta ſcelera & flagicia, ut hic reputatum eſt ipſi Pinehas ad iuſticiam id eſt, ad fœdus Sacerdotij ſempiternum, ſcilicet quod dignitatem ſacerdotalem habiturus eſſet tam ipſe quam filij eius fœdere perpetuo & irreuocabili.

Locutuſq; eſt dominus) Locus de pœna eorum, qui præbent alijs occaſionem peccandi. Poſtq; Pinehas conſtituitur ſacerdos, iubentur puniri Madianitæ, qui populum Dei in Idolatriam & ſcortationem ſeduxerunt, quo docemur non eſſe innocentes qui alijs peccandi cauſſam præbent.

SCHOLIA IN XXVI. CAPVT.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

In hoc capite denuo numerantur filij Iſrael, & populus ad bellum aptus iterum cenſetur, ſicut enim ſupra capite primo numerati ſunt filij Iſrael ad bellum & ad profectionem ituri per deſertum: ita nunc iterum numerantur ad terræ diuiſionem, terram Canaan ingreſſuri. Porro ſuperior numerus fuit ſexcenta millia atq; triginta millia, quingenti & quinquaginta, qui omnes prę ter duos in deſerto ſunt extincti. Hic uero numerus eſt ſexcenta millia atq; mille ſeptingenti, triginta ſcilicet eorum, qui in locum demortuorum ſuccreſcebant terram Canaan occupaturi, paruulis & mulieribus una cum aduenis atq; Leuitis exceptis. Eſt autem hic obſeruanda horribilis ira Dei aduerſus peccatum, quo 603550. uiris duo tantum ſuperſtites in terram Canaan eis promiſſam, ueniunt.

Pro diuiſione capitis primum eſt obſeruandum non ſeruari in numeratione ordinem ætatis filiorum Iacob, deinde quod filij Leui ſeorſum per ſe numerantur, quia diuiſionem terræ Canaan cum reliquis tribubus non ſunt ingreſſi, ſed Domino iubente, ſuam à reliquis tribubus, ut miniſtri uerbi, quorum poſſeſſio Deus ipſe eſt, ſuſtentationem habituri eſſent.

Loci

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

1. De ueritate promiſſionum diuinarum.
2. De cõſeruatione Eccleſiæ et religionis.
3. De conſeruatione politiæ propter Eccleſiam.
4. De miniſterio uerbi,

Dixit Dominus ad Moſen) Locus de certitudine uerbi Dei, Moſes habuit pro ſe mandatum Dei quod quia Dauid non habuit, populum ſuum numerando, peccauit & à Domino punitus eſt, 2. Samuel: 24. Deſinant igitur in Papatu ſuas nugas enumerare, ſuaſq; adinuentiones pro uerbo Dei nobis uenditare. Portabunt enim alioqui ſuum iudicium, nemo faciet quod ſibi rectum eſſe uideatur.

Reliqua in hoc capite per ſe patent annotatis in margine locis in Geneſi. & alibi quo reſpiciunt, & quo referantur.

SCHOLIA IN XXVII. CAPVT.

Duo continentut in hoc capite. Primum conſtituitur certa lex de ſucceſſione in bonis hæreditarijs, præſertim in hoc caſu, quid uidelicet filiabus detur, ſi filij nulli ſuperſunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſunt,ut hic lex hæreditatis filiarum Zelaphe ad qui filios nõ habuit,ſed tantũ filias promulgata eſt. Deinde præcipitur Moſi,quomodo in ſuum locum, cum breui ei moriendum ſit, ſubrogare debeat Ioſua filium Nun,ſeruum ſuum. Itaq; Ioſua dux populi loco Moſi inſtituitur & initiatur, poſtq̃ terra promiſſionis oſtenſa eſt Moſi in monte à Domino.

Caput hoc in duas partes diuidatur,Prior eſt de hæreditaria ſucceſſione, Altera de initiatione Ioſua.

Loci præcipui ſunt.

1. De hæreditate.
2. De ijs,qui ſanguine iuncti ſunt.
3. De electione Magiſtratus.
4. De dignitate miniſterij uerbi.
e. De impoſitione manuum.

Acceſſerunt autem) Prior pars capitis, de hęreditaria ſucceſſione,quæ durat etiamnum hodiè, præſertim in ijs locis , ubi uigent inſtitutiones politicæ, uidelicet, quod hæreditas demortui hominis iure cedat eis qui ſanguine propinquiores ſunt ipſi demortuo,ut filij & filiæ,fratres & ſorores &c.

Da eis poſſeſſionem) Huius mandati executionem uide infra 36. ſeu ultimo capite,& Ioſue 17.

Ad filios autem Iſ:)Sequitur lex hæreditatis de ſucceſſione,quæ quia conuenit iuri naturali manet ſemper in Repub: bene conſtituta. Porro primum locum obtinet in noſtra Danica lege.

Dixit quoq; Dominus) Altera pars capitis de initiatione Ioſua, ut ſit ſucceſſor Moſi,uidelicet Imperator et dux populi pro Moſe, qui ſenio confectus officio, pariter & hac mortali uita breui defungatur. Teſtatur autem Deus,ſpiritum diuinum in Ioſua eſſe,quo ſignificatur pios magiſtratus eligendos eſſe, & docetur ratio eligendi & conſtituendi Magiſtratus.

SCHOLIA IN XXVIII. CAPVT.

Sequitur octaua pars huius libri, quæ durat uſq; ad 31. caput,& continet in ſingulis feſtis ſacrificiorum ordinationes & uotorum rationem. Præcipiuntur autem in hoc capite 28. certa ſacrificia ſingulorum feſtorum in anno, & quæ ſingulis quoq; menſibus & anni partibus ſint offerenda Domino,uide de his Exod: 29. leges, quæ hic per edicta, ut fit in hoc libro refricantur, ut religio & cultus Dei quem reſpiciunt conſeruetur. Porro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Porro quemadmodum Moſes hæc curandi diligenter à Deo mandatum accepit: ita ſemper ad curam Magiſtratus pertinet conſeruatio religionis.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, hic præter iuge ſacrificium enumerari quatuor feſtorum ſacrificia, ſcilicet Sabbati, Neomeniarum, Paſce & Pentecoſtes. Sed hæc omnia ſunt in uerbo Chriſti, conſummata & abolita.

Loci præcipui ſunt.

1. De ratione feſtorum.
2. De ceremonijs.
3. De ſacrificijs.
4. De conſeruatione religionis.
5. De cultu legali.
6. De cura Magiſtratus in religione habenda.

Cætera per ſe patent.

SCHOLIA IN XXIX. CAPVT.

Hoc caput cohæret ſuperiori tradens conſequenter aliorum feſtorum ſacrificia, ut tubarum, propiciationis, Tabernaculorum quæ fuerunt feſta ſeptimi menſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, inſtituta à Deo fuiſſe ſacrificia ſeorſum propter has tres cauſſas. Primum ut per ea populus beneficiorum Dei commonefieret. Deinde ut ab Idolatria reuocaretur & in uero cultu Dei contineretur. Poſtremo ut admoneretur quoque ſacrificij & immolationis Chriſti futuræ.

Loci præcipui ſunt.

Vt capite ſuperiori. Cætera per ſe ſatis clara ſunt.

SCHOLIA IN XXX. CAPVT.

Traduntur in hoc capite præcepta de uotis, de quibus uide quæ in ultimum caput Leuitici. Primum autem uiri iuſtæ ætatis tenentur ad uotum. Filia uero familias non tenetur, niſi pater uel apertè uel tacitè conſenſerit, quæ quoque propter matrimoniales cauſſas obſeruanda ſunt, ne ſine conſenſu parentum matrimonia contracta, ſint rata, idem ius quod in filiafamilias conſtituitur, conſtituitur quoque in uxore, ne uota, niſi conſenſu mariti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

mariti ſint firma, Eſt enim uir caput mulieris.

Pro diuiſione capitis ſciendum eſt uota non ad Euangelium & nouum Teſtamentum, ſed ad ceremonialia legis Moſaicę pertinere. Et quod fiebant ex ſingulari Dei mandato iuxta circumſtantias temporum & perſonarum intra certos terminos, ut in Samſon & alijs uidere licet, ā quibus ut ab omnibus ceremonialib. legibus Moſi Chriſtus nos liberauit.

Loci pręcipui ſunt.

Vt ſupra Leuitici ultimo.

Et locutus eſt) Locus de uotis. Porro Hebræi ſic diſtinguunt inter uotum & Iuramentum, ut uotum ſit quod fiat Domino, Iuramentum uero quod fit per dominum ſiue per nomen Domini, iuxta illud, Deute: 10. In nomine eius iurabis. Reliqua nihil habent difficultatis, ideo properemus ad ea quæ ſequuntur.

SCHOLIA IN XXXI. CAPVT.

Sequitur nona pars libri huius, uſque ad finem, quæ agit de politicis qui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

buſdam ordinationibus,& uarijs diſtribu-
tionis enumerationibus &c. Duo autem complectitur hoc caput, Primo præcipitur de delendis Madianitis & euertendis eorum urbibus. Simul autem inter reliquos Principes Madianitarum interficitur Balaam Propheta, de quo ſupra facta eſt mentio capite 24. Secundo mandatur de præda in populo certa ratione diuidenda, quod una pars cedat bellatoribus, alia alteri populo. Tertia daretur Leuitis. Quarta ſacra eſſet Deo.

Diuidatur hoc caput in̄ duas partes. Altera uictoriam ſuper Madianitas continet. Altera prædæ diſtributionem.

Loci præcipui ſunt.

1. De ira Dei contra peccatum.
2. De bello.
3. De uictoria.
4. De exitu hypocritarum.
5. De innocentiæ conſeruatione.
6. De æqualitate in diſtribuendo.
7. De liberalitate erga miniſterium uerbi

Locutuſq; eſt Do:) Prima pars capitis de uictoria ſuper Madianitas.

Fuit autem Madian ſeu Midian ciuitas circa

circa rubrum mare ſita nomen habens à quodam filiorum Abrahami de Cethura progenito, Inde Madianitæ dicti, autore Ioſepho libro ſecundo antiquitatum Iudaicarum. Porro quod Dominus iubet Iſraelitas ulciſci de Madianitis, eſt locus de ira dei contra peccatum. Induxerant enim fœminæ Madianitarum Iſrael ad colendum Idolum Peor, ut infra in eodem capite. Caueant igitur hic ſibi præcipuè meretrices & ſcorta, quæ ſe proſtituūt, ut alios ad peccandum pellicere poſſint. Deus ultor exiſtit, uel per Magiſtratum, uel immediatè.

Statimq; Moſes) Locus de bello, quod interdum iuſtas habere cauſas uideatur. Refert autem Lyranus duodecim belli iuſte ſuſcipiendi cauſſas, Prima eſt Idolatria, Deute: 12. Subuertite &c. Secunda, contemptus ueri cultus Dei, Deute: 13. Tertia, infidelitas erga proprium Dominum. 4. Reg. 3. Quarta, ſeditio & rebellio 2. Reg: 20. Quinta, defenſio malefactorum, Iudicum 20. Sexta, publica iniuria Principi irrogata: 2. Re: 10. Septima, repetitio propriæ rei ſeu poſſeſſionis 2. Reg: 3. Nona, oppugnatio inſurgentium Nume: 21. Decima, roboratio hoſtium, 2. Reg: 8. Vndecima, oblatio, Gene: 14. Duodecima, oppreſſio Tyrannidis

1. Macca: lib: Sed in his cauſſis iudicet perpetuo conſcientia uerbo Dei bene inſtructa, ne bellum illicitum & non neceſſarium moueat & iram Dei contra ſe concitet, Diſſipa gentes quæ bella uolunt.

Ad ſuggeſtionem Bileam) In Heb: ad uerbum id eſt, ad conſilium. Dederat enim ipſe conſilium ut mulieres Madianitides mitterentur in caſtra Iſraelitarum quæ illos ſollicitarent & ad offendendum Deum prouocarent, & tum futurum eſſet ut facilè ſuperarentur.

Puellas autem omnes) Locus de conſeruatione innocentiæ, liberantur enim omnes uirgines, quia non dederunt Iſraelitis occaſionem peccandi. Paruuli uero trucidantur, ne temporis progreſſu faceſſant negocium Iſraelitis.

Dixit quoq; Do:) Altera pars capitis de prædæ diſtributione. Diſtributa eſt autem in hunc modum, Præda fuit ouium, boum, aſinorum & hominum, deinde etiam auri, præda hominum & animalium diuidebatur in duas partes, quarum altera data eſt ipſis bellatoribus, Altera uero reliquæ multitudini Iſraelitarum, qui non pugnauerunt.

Porro ſacerdotes acceperunt ſuam portionem,

tionem,ex parte prædæ,quæ ceſſit bellatoribus. Leuitæ uero ex ea parte, quæ ceſſit multitudini ſuam portionem , Domino ſic iubente , conſecuti ſunt. His ita diſtributis acceſſerunt Tribuni & centuriones ac obtulerunt Domino de præda auri magnam ſummam,ut eſſet gratiarum actio pro uictoria data, Præclarum exemplum omnibus politicis uiris ut cogitent uictoriam à Deo dari, cuius uerbi miniſterio ſe gratos exhibere tenentur, ut porro ſuccedat eis, in omnibus domi, foris, in bello & in pace.

Tollite ſummam) Mandatum Dei, de prædæ diſtributione.

Fuit autē prȩda)Sequitur executio mandati,Primū .n.tollitur ſumma prędȩ in genere,Deinde diſtribuitur in duas partes, & ex ſingulis partibus,Domini portio,pro ſacerdotibus & Leuitis,ſeruata proportione Geometrica, ſeparatur.

Cūq; acceſſiſſent)Hactenus de præda hominū et animaliū diſtributa, nunc ſequitur et de auro,quod acceperant in bello contra Madianitas,uolūtaria oblatio pro uictoria.

SCHOLIA IN XXXII. CAPVT.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Supra capite uiceſimo primo deſcribitur uictoria populi Iſraelitici, contra Seon regem Amorreorum & contra Og regem Baſan, hic uero terrarum occupatarum diſtributio ſequitur. Aſſignatur enim ante ingreſſum terræ Canaan poſſeſſio Seon regis Amorreorum & Og regis Baſan, Tribui Gad, Tribui Ruben & dimidiæ Tribui Manaſſe, cum periculoſis conditionibus uidelicet, ut hæ tribus præcederent omnes reliquas in occupanda terra Canaan, qua occupata tum primum redirent ad ſuas poſſeſſiones ſibi aſſignatas in regionibus, quæ cis Iordanem ſitæ ſunt. Og enim rex Baſan habitauit in Iazet cui ſucceſſit Gad, Seon rex Amorreorum habitauit in Eſebon, cui ſucceſſit Ruben, Manaſſe uero ſucceſſit eidem in Galaad.

Pro diuiſione capitis in memoriam reuocandæ ſunt promiſſiones diuinæ, quod populus Dei terras gentium eſſet occupaturus propter Meſſiam &c,

Loci præcipui ſunt.

1. De æquitate & æqualitate ſeruanda in diſtributionibus terrarum bonorum & aliarum rerum.
2. De cura Magiſtratus ne peccetur in politia.

De obe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

3. De obedientia ſubditorum erga Magiſtratum.
4. De publicis commodis priuato commodo præferendis.
5. De ueritate promiſſionum diuinarum.

Filij autem Ruben) Petitio Ruben & Gad præmiſſa petendi cauſſa & occaſionis. Petunt enim terram Gilead propter fertilitatem terræ.

Quibus reſpon:) Obiurgatio Moſis addita narratione rerum ante geſtarum, ut exemplis admonerentur petitores & à propoſito deſiſterent,quos iniquum petere Moſes arbitratus eſt. Oportet enim Magiſtratum iniquas petitiones auertere,ut æquitas & iuſticia ſuum habeant progreſſum. Sic & Chriſtus auertit petitionem matris filiorum Zebedei.

At ille prope) Declaratio petitionis, quibus ſcilicet conditionibus id petant,offerunt ſe primos in exercitu, uitam ſuam periculo,pro fratribus expoſituri.

Quibus Moſes) Conceſſio petitionis. Cedunt enim Ruben & Gad regna Iazar & Gilead,non ſine graui Moſis admonitione de peccato, ſi non ſtent promiſſis. Locus de ueritate & fide pactorum ſeruanda.

Dixeruntq; filij Gad) Locus de obedi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

entia ſubditorum erga ſuum Magiſtratum, uide Ioſue 4.

Præcepitq; Moſes) Mandatum Moſis morituri ad ſuos ſucceſſores de filijs Gad &c Egregius locus de ſolllcitudine pro poſteris habenda.

Dedit itaq;) Sequitur nunc diſtributio Gad, regnũ occupat Og regis Baſan, Ruben regnũ regis Seon, & Manaſſe regis Amorreorum, primus Baſan, Secundus Heſbon, Tertius Gilead ciuitates cum ſuis uillis ædificandas acceperunt, uide Deute: 3. ubi paulo aliter diſtinguitur hæc diſtributio.

SCHOLIA IN XXXIII. CAPVT.

Duo complectitur hoc caput, Primo deſcribitur profectio ex Aegypto uſq; ad Iordanem, & quo loco, quæq; manſio fuerit, idq; per recapitulationem. Deinde præcipitur, ut habitatores terræ Canaan, qui dediti erant Idolatriæ, eijciantur & perdantur, quo ſignificatum eſt in populo Dei, & uera Eccleſia omnes Idolatrias eſſe tollendas.

Diuidatur ergo caput hoc in duas partes. In altera numerantur manſiones filiorũ Iſrael, & ponitur catalogus caſtrorum. In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

altera reficiantur præcepta de eijciendis Cananæis,& terra Canaan diſtribuenda

Loci præcipui ſunt.

1. De fortuna Eccleſiæ peregrinantis in hac uita.
2. De conſeruatione Eccleſiæ.
3. De cruce Eccleſiæ.
4. De impijs excommunicandis.
5. De Idolatria demolienda.

Hæ ſunt manſio:) Prima pars capitis de manſionibus ſeu caſtris Iſraelitarũ per integros 40. annos in deſerto quib. circumduxit eos propter eorũ murmurationes incredulitatem & inobedientiã,ut cap. ſuperiori.

Vbi locutus eſt) Altera pars capitis,pręceptum de eijciendis Cananæis Idolatris, ne prouocentur ac inſtigentur ab eis ad Idolatriam, & ea occaſione pereant, id quod hic in fine per ſpinam et ſtimulum, quo boues & aſini pungi ſolent,intelligi datur. Atq; ita uerè accidiſſe, poſtea cognitum eſt. Nãm quos in terra promiſſionis reliquerant, Hi & ad Idolatriam & ad peſſimos quoſq; ritus ac mores eos pellexerunt, ex quo & illud conſequebatur,ut à Deo derelicti miſerabiliter ab eisdem affligerentur quos corruptelarum & impietatum magiſtros habuiſſent,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXXIIII. CAPVT.

Finitis tandem 40. annis quib' in deſerto peregrinati ſunt filij Iſrael, cum iuxta promiſſionem Dei, terram Canaan ingrediantur ne quiſq; eorum pro ſua uoluntate & ſuo deſiderio, terræ partem, quæ ſibi magis arrideat occupare præſumat. Deſcribitur terræ promiſſionis limitatio, iubeturq; terra diuidi, necnon eligi uiros, qui debeant eam diuidere. Cum enim promiſſus Meſſias in certo loco, necnon in certo aliquo populo naſceretur, neceſſe fuit ut limites eius terræ determinarentur, in qua templum ædificaretur & fierent oblationes & ſacrificia cum reliquis ceremonijs & cultu ueteris teſtamenti. Limites itaq; terræ Canaan definiuntur, & hi qui terram diuidere debent, eliguntur.


Habet enim hoc caput tantum deſcriptionem finium terræ Canaan, & qui eam debeant diſtribuere. Diuidatur ergo in duas partes. In altera inſtituitur certa dimenſio terræ Canaan diuidendæ. In altera præcipitur per quos duces diuiſio terræ fieri debeat.

Loci præcipui ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

1. De prouidentia Dei.
2. De ueritate promiſſionum diuinarum.
3. De conſtitutione politiæ:

Locutuſq; eſt) Prima pars capitis de dimenſione terræ Canaan, cuius dimenſionis proceſſus eſt à meridie in occidentem, ab occidente in Septentrionem, & à Septentrione in Orientem, in qua parte trans Iordanem, patebat ingreſſus in terram Canaan.



Et ait Dominus ad Moſen) Secunda pars capitis de ijs, qui terram diſtribuerent.

SCHOLIA IN XXXV. CAPVT.

Pergit Moſes in rebus politicis inſtituendis ac ſeruandis in terra Canaan, priuſq; moriatur, idq; diuino mandato, ſicut omnia propter Meſſiam ex populo Iſrael naſcitu-

rum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

rum. Porro tria continentur hoc capite, Primum quæ urbes & poſſeſſiones ſunt adſignandæ Leuitis. Deinde decernuntur certæ urbes, ad quas confugere poſſent, qui homicidium non uoluntarium committerent. Tertio dantur certæ leges ſeruandæ in homicidio non uoluntario, deinde & in fortuito.

Pro diuiſione capitis obſeruanda eſt regula quæ iure ciuili quoq; ſeruatur, ad unius teſtimoniũ neminẽ condemnandũ eſſe.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſuſtentatione miniſtrorum uerbi.
2. De homicidio.
3. De Iudiciali proceſſu, in puniendis ſontibus.
4. De talione.
5. De facto ignorantiæ.
6. Quod in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne uerbum.
7. Quod unus uir nullus uir.


Hæc quoque) Locus de ſuſtentatione miniſtrorum uerbi. Quæ enim ſit Leuitarum pars & quod certæ urbes adſignari debeant, ordinatur, ut hic quoq; Dei pro ſuæ Eccleſiæ & miniſterij uerbi conſeruatione ſollicitudinem obſeruemus. Attendat ad

hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

hæc pius magiſtratus, utriuſq; tabulæ cuſtos, quomodo Deus ipſe pro pecoribus, etiam Leuitarum fuerit ſollicitus, in ſuburbanis inſtituendis.

Porro menſuratio ſpacij ſuburbanorum fieret proportione geometrica, nempe quod ſuburbanum inſtitueretur in Circuitu circum circa ciuitatem quod in latitudine mille cubitos & in longitudine duo millia cubitorum haberet. Et prout ciuitas eſt magna uel parua, fit etiam ſuburbanum magnum uel paruum, iuxta hanc figuram.



Ait Do: ad Moſ:) hic urbes refugij definiuntur pro ijs, qui fortuito uel ignorãter aliquem interfecerunt, ne ſine iudicio pręcedente ē medio uiciſſim per propinquum interfecti, tollerentur. Porro conſtat ex hoc capite & ex 5. & 19. cap: Deu: ſex fuiſſe ciuitates refugij, quarum tres fuerunt ultra Iordanem, & tres in terra Canaan. Et Hebræi ponunt octodecim conditiones harum ciuitatum & horum fugitiuorum, ut ſunt:

1. Numerus ciuitatum.

2. Spa-

2. Spacium æquale inter ciuitates.
3. Complanatio uiarum ad illas ciuitates.
4. Statua mercurialis in Biuio erecta.
5. Magnitudo ciuitatum mediocris.
6. copia aquarum.
7. Nundinæ.
8. Pagorum in circuitu copia &c.

Maior pars harum conditionum ſunt nugæ tantum Rabinorum, ſicut in Papatu monaſteria fuerunt aſyla, non illorum homicidarum tantum, qui fortuitum homicidium commiſerunt, ſed etiam in genere, omnium flagitioſorum hominum.

Si quis ferro) Locus de homicidio & de homicidarum differentia, nempe qui uoluntarie & data opera proximum interficiunt, & qui fortuito uel ignoranter.

Donec ſacer:) Myſterium hic addunt interpretes, quod Chriſtus ſit hic in ſummo Pontifice adumbratus, per cuius ſolius mortem rurſum nobis aditus patet ad cœleſtem illam patriam uitæ æternæ, unde excideramus per peccatum.

Homicida ſub teſte:) Generalis regula iuris diuini & humani ſeruanda in omnibus iudicijs, in quibus controuerſia teſtibus declarari debet.

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXXVI. CAPVT.

Traditur in hoc capite ultimo certa lex, ut poſſeſſiones rerum maneant in ſingulis tribubus, neq; transferantur ad alienos. Lex enim generalis ex priuata naſcitur, Nam poſtq; lex connubiorum filiarum Zalphaad promulgata eſt, ſtatim eſt etiam generalis ad omnes tribus facta, ne hæreditates & poſſeſſiones permiſcerentur.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, originem huius legis ſupra poſitam eſſe capite 27. confirmari uero Ioſue: 17.

Loci præcipui ſunt.

1. De ratione ſanguinis habenda:
2. De hæreditate.
3. De connubijs.
4. De gradibus conſanguinitatis.

Acceſſerunt autem) Locus de hæreditate, Certabant paſſim tribus Iſrael pro connubio filiarum Zaphaad, ut hæreditates earum, in ſortes ſuas traherēt. Quod cum filij Manaſſe aduertiſſent, cauſſam Legislatori proponunt & conſilium quærunt.

Vt cum iubilæus) De anno iubilæo uide Leuit; 25. ſic appellatur à uerbo Hebra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ico Iobel, quo ſonitus cornu ſignificatur, quia in quinquageſimo anno, Cornb. per omnes urbes Iſrael tempus adeſſe ſignificabant. Huius inſtitutionis temeraria imitatio fuit annus iubilæus ſeu indulgentiarum in Papatu.

Omnes enim uiri) Lex generalis de connubio ex eadem tribu, ſicut Ioſeph & Maria fuerunt coniuges ex eadem tribu. Propterea Genealogiæ Chriſti deſcendunt à maioribus ad ipſum Ioſeph uirum Mariæ, uide Tob. 7. ubi fit huius legis mentio.

Feceruntq; filiæ) Sequitur executio reſponſionis datæ filijs Manaſſe de connubio filiorum Zalphaad in eadem ſua tribu, ne poſſeſſiones a tribu abdicarentur.

Hæc ſunt manda:) Concluſio libri, præſertim à 22. cap: uſq; ad finem uidelicet eórum, quæ geſta ſunt in campeſtribus Moab.

Hucuſq; liber Numerorum, qui totus intuetur Chriſtum, et ad Chriſtum propoſito ſuo tendit, non ſolum in illuſtri uaticinio Balaam de regno Chriſti, ſed etiam in hoc quod numerantur Iſraelitæ, ordinantur caſtra, recenſentur manſiones Iſraelitarum, mittuntur exploratores ad terram Canaan, commemorantur uaria diſcrimina, quæ acciderunt Iſraelitis in deſerto, & interponuntur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tur quædam Leuitica & politica, Hæc omnia quia pertinent ad conſtitutionem Iſraeliticæ Reipub: in Chriſtum reſpiciunt, Nam Iſraelitica Reſpub: fuit in hunc uſum inſtituta, ut promiſſiones & conciones de Chriſto, in ea conſeruarentur, in confirmationem eorum, quæ in nouo Teſtamento, de Chriſto prædicarentur, id quod etiam factum eſt ita uidelicet, quod omnia conſummata ſunt in nouo Teſtamento, necnon euidentibus argumentis & ſententijs ueteris Teſtamenti confirmata, fidesq; noſtra roborata eſt in Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro, cui cum patre & Spiritu ſancto ſit laus & gloria in omne æuum, Amen.

IN EXODVM.

Bis populum numerat Moſes, bis murmurat ipſe,
Hoc ſine mandato Domini, cum iuſſerit illud,
Hic peccat Moſes, illic ſublimia præſtat,
Omnia quæ fecit, Domino mandante peregit,

Finis huius libri.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN DEVTERO-NOMION MOSI.

SEquitur quintus liber Moſi, qui à ſecundaria lege nomen habet, id eſt, à ſecunda recitatione, repetitione legis diuinæ. Deuteronomion enim à δεύτερος & νόμος, id eſt, ſecunda lex dicitur, propterea quod in hoc libro decalogus, qui proprie nomine legis intelligitur, promulgetur ab integro & ſanciatur ipſo Moſe promulgatore & interprete, Hebraice uerò nomen habet Elle hadebarim, à primis libri uocibus, id eſt, hæc ſunt uerba.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

Lex data eſt á Deo per Moſen 50. die ab exitu ex Aegypto, in cuius rei memoriam feſtum Pentecoſtes inſtitutum erat, in ueteri Teſtamento. Cæterum cum iam in hac lege 40. annis populus uixerit, ac ſæpius grauiter ob eius transgreſſionem punitus ſit. Moſes præſciens ſibi iam inſtare mortem exceſſurus ex hac uita, repetit in hoc libro,

bro, primum ingentia beneficia Dei, ſibi ac toti populo facta, quibus eos ad fidem & amorem Dei exuſcitat. Deinde refert quoque quàm grauiter Deus propter transgreſſionem legis, populum punierit, qua commemoratione eos hortatur ad timorem Dei. Eſtq; hic liber quaſi ſumma quædam eorum omnium, quæ ſupra præcepta & geſta ſunt, deinde pleraque clarius exponuntur, quæ ſupra tradita fuere. Poſtremo reſpicit hic liber, ut etiam ſuperiores, ipſum Chriſtum, qui, ut Paulus inquit, finis legis eſt ad iuſtificationem omni credenti. Continet enim hic liber cap: 18. manifeſtè promiſſionem de Chriſto, cum ſic habet, Suſcitabit uobis Deus prophetam, qui propheta non alius eſt quàm Chriſtus, teſtantibus id Petro act: 3. & Stephano acto: 7.

Diuiſio.

Diuidatur hic liber potiſſimum in quatuor principales partes. Ab initio enim uſque ad 5. caput continet hic liber repetitionem beneficiorum Dei populo Iſraelitico 40. annis in deſerto præſtitorum ac exhibitorum. Deinde etiam ingratitudinis ac inobedientiæ populi Dei. Poſtremo ipſius Dei beneficentiæ cum adhortatione gra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ui & ſeria ad obedientiam Deo præſtandam.

Secunda pars huius libri fit à quinto cap. uſq; ad 20. ubi continetur eorũ, quæ ad fidẽ potiſſimũ ſpectant repetitio iuxta primã tabulam, cum egregijs tum adhortationibus ad timorem Dei, & obſeruationem mandatorum Dei, tum dehortationibus ab Idolatria gentium in terra Canaan, aliquot deinde hiſtorijs recitatis, quibus addita eſt repetitio quarundam ordinationum Eccleſiaſticarum, ut de miniſtris & miniſterio uerbi, de decimis & anno iubilæo, de præcipuis feſtis, de electione Magiſtratus, de iure ſacerdotij, de ciuitatibus refugij.

Tertia pars à 20. uſque ad 31. ubi continetur eorum, quæ ad caritatem in ſecunda tabula pertinent, repetitio, uidelicet, rerum bellicarum, operum caritatis, deinde perſonarum, quæ aptæ ſunt, ut ad officium in cœtu acceptentur commemoratio. Præterea de libello repudij, de gratitudine erga uerbum Dei, quibus additæ ſunt pœnæ transgreſſionis ſicut & præmia obſeruationis mandatorum Dei, quodq; peccatoribus pateat reditus & aditus ad miſericordiam Dei cap: 30.

Quarta pars fit à 31. capite uſque ad fi-

nem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nem, ubi continetur eorum quæ circa mortem Moſi geſta ſunt commemoratio, uidelicet conſolatio populi ne propter ipſius mortem contriſtetur, canticum gratiarum actionis, & eorum quæ euentura eſſent eis in terra promiſſionis uaticinium, benedictio populi & ſingularum Tribuum exemplo Iacob patriarchæ, Gene: 49. Aſcenſio deinde in montem, ubi poſtq̃ ã Deo conſolationem accepiſſet Moſes ex hac uita diſceſſit & ut pie creditur, cum corpore & anima (ut in monte Tabor cum Elia apparuit) in cœlum delatus eſt.

SCHOLIA IN. I. CAPVT.

Hic incipit prima pars libri, quæ durat uſque ad quintum caput de repetitione beneficiorum Dei pariter & ingratitudinis ac inobedientiæ populi &c. Porrõ primum caput continet breuem repetitionem geſtorum à manſione, in monte Horeb, uſque ad manſionem in Cadesbarne. Deinde quomodo miſſi fuerint inde exploratores terræ promiſſæ.

Diuidatur hoc caput in duas partes, prior ex 18. Exodi repetitur, oſtendens, quales

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

debeant principes eſſe. Poſterior ex 13. cap: Numerorum indicans populi incredulitatem ac inobedientiam, Dei uerò beneficentiam pariter & indignationem.

Loci præcipui ſunt.

1. De lege.
2. De terra promiſſionis.
3. De Magiſtratu.
4. De Incredulitate.
5. De pœna incredulitatis.
6. De beneuolentia & beneficentia Dei.
7. De inobedientia & rebellione.

Hæc ſunt uerba) Prior pars capitis, in qua repetit Moſes hiſtoriam ex 18. capite Exodi, ubi Ietro ſocer Moſi, dedit conſilium Moſi de onere partim ad alios deuoluendo. Præmittit autem hic in principio libri titulum & nomen autoris cum circumſtantijs loci & temporis, loquitur uerò Moſes de ſeipſo, in tertia perſona ut paſſim fit in ſcriptura ſacra.

Dominus Deus noſter) Locus de promiſſionibus diuinis & de ueritate promiſſionum diuinarum Quod enim promiſerat Deus Patribus ſeu Patriarchis Gene: 15. & 17. id nunc exhibet illorum poſteritati.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Non enim eſt Deus, quaſi homo, ut mentiatur &c. Num: 23.

Dixitq; uobis) Locus de Magiſtratu & gubernatoribus Reipub: quales eſſe debeant ſapientes ſcilicet & intelligentes iuſti, fortes, prudentes, æquitatem in iudicio ſeruantes, Deinde quod legitimis ſuffragijs eligi debeat Magiſtratus ne miſeris hominibus obtrudatur Tyrannus.

Profecti autem) Altera pars capitis, in qua repetit Moſes hiſtoriam ex 13. capite Numerorum de miſſis exploratoribus in terram Canaan, locus de incredulitate eorum, qui tunc primum credere ſtatuunt cum Thoma, cum oculis uiderint & manu palpauerint ea, quæ ſunt credenda, cum fides tamen ſit ſperandarum rerum argumentum & indicium non apparentium Eb: 11.

Dominus Deus qui ductor) Locus de paterno Dei affectu deq; ipſius beneficentia erga populum ſuum.

Dumq; audiſſet) Locus de pœna incredulitatis, uide Pſalm: 94. Ebræ: 4.

Cumq; inſtructi) Locus de rebellione atq; temeritate hominum perfidorum, in inuadendis hoſtibus, Nitimur in uetitum ſemper cupimuſq; negata.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN II. CAPVT.

Duo continentur hoc capite. Primum ne noceant Edomitis, Moabitis & Ammonitis. Erant enim Edomitæ oriundi ex Eſau, Moabitæ uerò & Ammonitæ ex Loth, qui erant cognati Abrahæ, ex eodem ſanguine. Eſtque præceptum ut conſanguinei & cognati ſe inuicem ament. Deinde repetuntur quædam hiſtoriæ, quòd Deus conceſſerit uictoriam populo, aduerſus multos reges & populos, quorum commemoratione confirmantur animi multitudinis, ut & porrò ſperent ſibi Deum adfuturum, cum hactenus Deum ducem & protectorem habuerint. Eſt itaque ſumma huius capitis repetitio profectionis à Cades Barne uſq; ad pugnam cum regibus Seon & Og.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori cõmemorantur populi contra quos Iſraelitæ prohibiti erant pugnare, & quos expugnauerunt.

Loci præcipui ſunt.

1. De beneficijs Dei tempore pacis & tempore belli.

2. De reuerentia ſanguinis & propinquitatis.
3. Quod impij propter pios interdum ſeruantur.
4. Quod homines interdum ipſimet prębent occaſionem ſui infortunij.
5. Si Deus pro nobis, quis contra nos.
6. Quod integra regna diſſipantur, & ab alijs occupantur propter peccatum.
7. Quod Deus ſuo populo peccanti non parcit nedum impijs.
8. Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.

Profectiq; inde) Prima pars capitis de gentibus contra quas non deberent pugnare. Fuerunt autem hæ tres Edomitæ poſteri Eſau, filij Iſaac & fratris Iacob. Deinde Moabitæ & Ammonitæ poſteri Loth, quibus propter cognationem et ſanguinis propinquitatem, qua coniuncti erant ijs, quibus factæ ſunt promiſſiones, parcere uolebat Deus, ne expellerentur ex ſuis ſedibus, quippe propter quos expulerat prius impios Gigantes &c. locus de peccato, propter quod interdum integra regna diſſipantur & ad alios transferuntur. Deinde locus quod impijs interdum benefacit Deus propter pios, ſicut hic adeſt ſua protectione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Edomitis, Moabitis & Ammonitis, propter Iſaac & Loth, Deus enim propter ſanctos Patres & propter Promiſſiones benefacit his impijs.

Tranſibitis per terminos) Prima prohibitio uidelicet ne bellum ineant contra Edomitas, propter filium Iſaac, Eſau, qui & Edom propter rubedinem dictus eſt, quem Deus ita non oderat, ut illum expellere cuperet, ſed permiſit eum manere in monte Seyr, quem quondam eiectis Horritis, occupauit, ut legis Gene: 36.

Porro Moſes hic ſcribit Dominum prohibuiſſe. Nume: 20. ſcribit ui prohibitos ab Edomitis, quomodo hæc conueniunt? reſpondeo, diuerſis locis & temporibus factum eſt. Hoc enim quod hic ſcribit, iam in illo longiſſimo circuitu factum eſt. Illud ueró prius in Kades, quando ui reſtiterunt Edomitæ.

Cumq; tranſiſſe:) Secunda prohibitio uidelicet, quod non eſſent pugnaturi contra Moabitas, propter cognatum Abrahæ, Loth qui pater erat Moab, unde Moabitæ Gene: 19.

Emim primi:) Deſcribit gentes expulſas ante faciem Moabitarum, ubi locus eſt de diſſipatione regnorum propter peccatum

tum et de magnis mutationibus regnorum Horim, æmim & Sameſuim, hæ tres gentes eiectæ ſunt ab Edomitis, Moabitis & Ammonitis, ſingulæ à ſingulis ſuis ſucceſſoribus.

In Seyr autem) Indicat gentes ab Edomitis expulſas.

Poſtq́; autem) Tertia prohibitio, uidelicet ne pugnarent contra Ammonitas, propter Amon filium Loth ex iuniori filia natum Gene: 19.

Surgite & tranſite) Secunda pars capitis de gentibus, quas Iſraelitæ, ultra Iordanem, ex mandato Dei ſuperauerunt, & earum terras occupauerunt, uide Num: 21. & 32. cap: ex quibus locis hæc repetuntur, & locus quod homines interdum ſui infortunij ipſimet occaſionem præbent, ſicut hi reges qui tranſitum Iſraelitis per ſua regna permittere noluerunt, Offerunt Iſraelitæ pacem, ſed hi reges malunt bellum, ideo perierunt, ſic enim uoluerunt &c.

Non fuit uicus) Inſignis locus de Deo pro ſuis pugnante, contra quem nihil poſſunt inferorum portæ, quod hodie etiam uerum docet eſſe experientia, uictoria ſimiliter piorum ſemper erit.

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN IIII. CAPVT.

Cohæret hoc caput ſuperiori, repetit enim adhuc ea quæ geſta ſunt apud deuictos Reges, Seon & Og, uſq; ad ſubſtitutionem Ioſuæ, loco Moſi, cum uidelicet interfecto rege Baſan Og, regio cedit ipſi Ruben, Gad & dimidiæ tribui Manaſſe uide Nu: 21, & 32. Porro Moſe facta mentione beneficiorum Dei inſtituit ſibi uiam ad adhortationem, doctrinam & præcepta, quæ deinceps ſequuntur.

Duæ ſunt partes huius capitis. Altera de Og rege interfecto regnoq; ipſius capto & inter ſeniores Tribus diſtributo. Altera uero de ſubſtitutione Ioſue loco Moſi.

Loci præcipui ſunt.

1. De uictorijs piorum.
2. De interitu impiorum.
3. De beneficijs Dei.
4. De gigantibus.
5. De fide populi Dei.
6. De ueritate promiſſionum diuinarum.
7. Omnia committenda eſſe uoluntati diuinæ.
8. Sicut Domino placet, ita fieri oportet.

Itaq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Itaq; conuerſi) Prima pars capitis de Og Rege & locus de uictoria piorum Domino pro eis pugnante.

Solus quippe Og) Locus de Gigantib. quorum unus fuerat hic Og, argumento eſt deſcriptio lecti ipſius. Quanta autem leuitas ſit Iudæorum, in deprauanda ſcriptura mendaciſſimis fabulis, oſtendunt ea, quæ de rege Og commenti ſunt, uide Lyram Num: 21. & ſuper hoc caput.

Ioſue quoq;) Secunda pars capitis de electione Ioſue, deque futuris uictorijs in terra Canaan ab antecedenti ad conſequens quaſi dicat, ſicut Deus hic fuit uerax citra Iordanem in promiſſionibus : ita porro futurus eſt.

SCHOLIA IN IIII. CAPVT.

Præmiſſa repetitione beneficiorum Dei, uelut exordij loco, pro captatione beneuolentiæ, nunc addit grauiſſimam adhortationem, ad legem ſeruandam cui nihil eſt addendum aut adimendum, & dehortationem à quacunque ſimilitudine adoranda, idque loco attentionis pariter & docilitatis priuſquam in quinto capite De-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

calogum aggrediatur repetendum & explanandum, In fine huius capitis addita eſt obiter conſtitutio trium ciuitatum refugij ob homicidium. Porro hæc attentio debet nos excitare (qui ſumus alioqui pigri & ab adoleſcentia, ad malum proni) ne ſimus in uerbo Dei audiendo negligentiores, & in uera Dei obedientia frigidiores,ſed ut habeamus & legem, qua peccatum noſtrum coerceatur,& Euangelium quo miſericordiam Dei per fidem apprehendamus.

Diuidatur hoc caput in duas partes. Altera continet adhortationem ad legem ſeruandam. Altera uero dehortationem ab Idolatria non ſine grauiſſimis comminationibus,quæ habent adiunctam ἐπιείκειαν Euangelij,ut ſolet Deus in media ira ſua, miſericordiæ ſuæ recordari.

Loci præcipui ſunt.

1. De lege & obſeruatione legis.
2. De uerbo Dei in genere quod ei nihil addendum nec quicq̃ adimendũ ſit.
3. De miraculis & beneficijs Dei memoria conſeruandis.
4. De Eccleſia Dei, quod ſit lux in tenebris lucens.

5. De propa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

5. De propagatione doctrinæ ad poſteros.
6. De Idolatria fugienda.
7. De minis & comminationibus.
8. De Pœnitentia.
9. De miſericordia Dei.
10. De prærogatiuis populi Dei.
11. De Inſtitutionibus Moſaicis.

At nunc Iſra:) Prima pars capitis, quæ continet adhortationem ad legem ſeruandam. Et primus locus huius capitis eſt, non licere cuiq; mortalium, quicquam uel auferre uel addere uerbo Dei. Fruſtra igitur Papa & concilia ſuam autoritatem iactant, Summa enim autoritas uerbi eſſe debet,& ea quidem tanta, ut etiamſi angelus de cœlo aliud Euangelium doceat anathema ſit, aliud eſt idem in ſacra ſcriptura aliȷ̈s & pluribus uerbis docere & declarare quàm aliquid addere &c.

Oculi ueſtri) Hic ſecundo mandatur, ut non ſolum præcepta Dei cuſtodiantur, ſed iuxta doctrinam uerbi memoria miraculorum & inſignia facta in Eccleſia Dei conſeruentur.

Hæc eſt enim ue:) Tertius locus quod Eccleſia Dei, ſit tanquam lux quædam inter omnes populos terræ propter doctrinam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cœleſtem,& Deum habitantem in ea, Reli-
qua enim orbis pars non habet ſapientiam,
non habet Deum appropinquantem, ut
hoc loco ait, iuxta dictum Dauidis, Non
fecit taliter omni nationi,nec iudicia ſua ma
niſeſtauit eis.

Docebis ea fil:) Locus de propagatio-
ne doctrinæ ad poſteros,docebis ea filios &
Nepotes tuos,ſicuti & Eſa: 59. præcipitur,
Hoc fœdus meum,cum eis,dicit Dominus
Spiritus meus & uerba mea quæ poſui in
ore tuo.

Congrega ad me) Repetit Moſes ea quæ
acta ſunt in monte Sina Exod: 19. & oſten-
dit,quantum beneficium ſit exhibitum po-
pulo,quod de medio ignis uocem Dei au-
dierint & populum ex ſeruitute Aegypti li-
berauerit.

Caue ne quando) Secunda pars capi-
tis,quæ continet dehortationem ab Idola-
tria,ne quis ullius animantis imaginem fa-
ciat. uide Ioan: Brentium in cap: 32. Exo-
di de imaginibus.

Quia Dominus) Proponuntur minæ
transgredientibus mandata, deinde præmia
ſeruantibus,uide hanc ſententiam Deus ig-
nis conſumens eſt Heb: 12.

Interroga) Oſtendit Moſes nunquam ā
condito mundo tantum miraculum audi-
tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tum eſſe, ſicuti hæc magnificē dicuntur, Pertinent autem omnia ad commendationem miniſterij in quo Deus quotidie nobiſcum quaſi de cœlo loquitur, id quod omnium miraculorum maximum eſt.

Tunc ſepara:) Hic conſtituuntur tres ciuitates ad quas confugiant qui homicidium non uoluntarium commiſerint, de quo uide ſupra lib: 4. cap: 25,

Iſta eſt lex) Concluſio exordij & paraſceue ad ſequentia,

SCHOLIA IN V. CAPVT.

Sit hæc ſecunda pars Deuteronomij, uſq; ad 20. caput. Poſtquam enim Moſes enumeratis ac repetitis aliquot beneficijs Dei grauem adhortationem in capite ſuperiori fecerat, ut populus Iſraeliticus totam legem diligenter ſeruaret ex mandato Dei. Tunc repetit hoc capite primum totam legem ut data erat 50. die ab exitu de Aegypto. Deinde procedit in ſequentibus huius ſecundæ partis capitibus, repetendo ea, quæ ad fidem in prima tabula pertinent ut ſupra in diuiſione Deuteronomij dictum eſt, Summa capitis huius repetitio eſt præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ceptorum decalogi, uidelicet, quod diſcenda & facienda per Dei gratiam ſunt præcepta Dei.

Pro diuiſione capitis diligenter conſiderandum eſt, cur Decalogus datus ſit à Deo, cum per eum non poſſit eſſe iuſticia nempe ideo, ut imbecillitatem & corruptionem humanæ naturæ oſtendat & impellat ad confidentiam in promiſſionem de ſemine mulieris datam. Eſt quidem Decalogus impreſſus humanæ naturæ, ſed quia per Satanam in cordibus prope deletus eſt, Ideo Eccleſiæ & populo Dei, in noua & terribili ſpecie datur, ut deleta prope noticia legis diuinæ renouetur in cordibus. Poſtremo etſi corrupta natura totam legem ſeruare non poſſit, tamen promittuntur habentibus initia præmia et corporalia & ſpiritualia, ſicuti & Paulus ait, Pietas ad omnia utilis eſt.

Loci præcipui ſunt.

1. De Decalogo ſeu decem præceptis & lege Dei.
2. De Promiſſionibus & comminationibus.
3. De dilectione Dei & proximi.
4. De Imaginibus & ſculptilibus.

De ui

5. De ui & efficacia legis.
6. De timore Dei & obſeruatione mandatorum Dei.

Vocauit Moſes) Secunda pars principalis huius libri, legis explicationem & explanationem continens, Primum repetuntur Decalogi præcepta.

Domine Deus noſter) Narratio ſeu repetitio & collatio ueteris et noui Teſtamenti. Vetus inchoauit Moſes accipiendo mandata & ceremonias à Domino. Nouum uero promiſſum Patribus ab initio mundi, Chriſtus ipſe tandem, antiquato Moſaico cultu perfecit. Pepigit ergo Deus cum Patribus quidem pactum ſed fidei, ut credidit Abraham &c. cum Moſe tamen pactum legis, Lex ſubintrauit inquit Paulus ut abundaret delictum Rom: 5. pactum hoc eſt, Ego promitto me fore Dominum Deum tuum, qualis fui dum eduxi te ex Aegypto, Promitte tu uiciſſim te obſeruaturũ mandata mea & uelle eſſe populũ meum. Hæc eſt ſtipulatio dura & cum conditione implendæ legis, Tentauerunt ſatisfacere Deo per Mediatorem Moſen, ſed is fuit miniſter mortis & non uitæ, 1. Cor: 3. donec ad uerum Mediatorem Patribus promiſſum confugerunt, per quem etiam ſine conditione im-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

plendæ legis, nouo & Euangelico pacto, ſaluati ſunt per fidem in Chriſtum, ad quem lex eſt pædagogus.

Ego Dominus Deus) Hic incipit decalogus, ut ſupra Exod: 20. & alias paſſim in omnibus Prophetis & in nouo Teſtamento.

Non facies tibi) Appendix primi præcepti, quæ non eſſet à miniſtris uerbi negligenda uel obiter ac oſcitanter prętereunda propter abuſum, quem uidemus adhuc hodie ſatis magnum in hoc regno, cum adadhuc (proh dolor) in hac clara Euangelij luce multi currant ad imagines & ſtatuas, circumeunt eas, procumbunt ante eas, adorant, colunt eas, accendunt eis candelas &c. Quæ horrenda Idolatria fugienda eſt ſedulo, necnon admonendus ſerio Magiſtratus, ut etiam imagines, ſtatuas & Idola tantæ impietatis occaſionem auferri curent, cum ſint etiam primæ Tabulæ cuſtodes, quantum ad externam obſeruationem attinet, uide quæ collegi de imaginibus in Tractatu ſeorſum à me conſcripto.

Ego enim ſum) Sequitur pacti legalis conditio per promiſſiones & comminationes, Si ſeruauerint hæc mandata bene erit eis, ſi non, male &c.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Hæc uerba) Sequitur commendatio decalogi, non tantum à ui & efficacia, ſed etiam à ſufficientia ipſius, quantum ad pactum legis attinet, ut nihil addatur, et ab hac lege declinetur, uel ad dextram uel ad ſiniſtram.

Vos autem) Locus de ui & efficacia legis occidentis omnes, qui non fide in Chriſtum ſaluantur.

Cuſtodite igitur) Concludit uerbo Dei adhærendum eſſe.

SCHOLIA IN VI. CAPVT.

Pergit hoc ſexto capite populo Decalogum commendare, necnon eos ad legem ſeruandam, Deum diligendum, & Deos alienos reſpuendos, adhortatur. Præcipitur autem primum diligens meditatio & propagatio uerbi in omnem poſteritatem, ut ſemper in conſpectu ſit uerbum Dei. Sunt enim Emphatica uerba, Narrabis ea filijs & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans iu itinere, dormiens atq; conſurgens, ne ex ſaturitate & rerum affluentia, uerbum Dei contemnamus. In ſumma, Sextum hoc caput eſt tanq; Paraphraſis quædam ſuper

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

primam Decalogi tabulam, cum totius decalogi commendatione, uidelicet, quod non tantum diſcenda, ſed etiam facienda ſunt mandata Dei.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt ſummum impedimentū ueri timoris Dei, ueræq; religionis eſſe ſpinas illas, de quibus Chriſtus in parabola concionem habuit Luc: 8. Hoc eſt diuitias & rerum omnium abundantiam, qua negligitur & ſuffocatur uerbum Dei, quando uidelicet diuites in incerto diuitiarum, & non in Deo uiuo, qui præſtat nobis omnia abundē ad fruendum ſperant. Tunc enim ſuperbiunt 1. Timo: 6. Et luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis atq; Dei ſtatim obliuiſcuntur, id quod Moſes inſinuat hoc capite. Et Chriſtus inquit, Difficile eſt diuitem, intrare in regnum Dei. Quare pijs omnibus danda eſt opera per Dei gratiam, ut ſi diuitiæ affluant non apponant cor id eſt, non confidant in eis nec obliuiſcantur Dei.

Loci præcipui ſunt.

1. De obſeruatione mandatorum Dei.
2. De propagatione & apud poſteros uerbi Dei conſeruatione.
3. De uero timore Dei.

4. De uni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. De unitate diuinæ eſſentiæ.
5. De dilectione Dei.
6. De ſpinis diuitiarum uerbum Dei ſuffocantibus.
7. De iuramento in nomine Dei præſtando.
8. Non eſſe tentandum Deum.
9. De Promiſſionibus legalibus.

Hæc ſunt præcepta) Commendatio decalogi ſeu commendationis repetitio cum adhortatione ad obſeruanda præcepta Dei. Porro Moſes hic & infra ualde copioſus eſt tam in commendatione quàm in adhortatione, quibus ipſe Spiritus ſanctus Dei populum in obſeruando Dei uerbo quàm attentiſſimum ac diligentiſſimum eſſe uelit.

Audi Iſrael Dominus Deus tu:) Locus inſignis de unitate diuinæ eſſentiæ, iuxta Symbolum Nicenum, Credo in unum Deum &c. uide 1. Cor: 8. Gal: 3. 1. Timo: 2. Matth: 4. & 22. Mar: 12. Luc: 10.

Diliges Do:) Explicatio primi præcepti qua ſignificatur, niſi ignoſcente Deo, præcepta à nullo homine impleri poſſe.

Eruntq; uerba) Mandatum de ſumma diligentia in obſeruatione mandatorũ Dei habenda, pariter & de propagatione huius doctrinæ ad poſteros.

Cumq; introdux:) Subiungit impedimentum & ſummum quo præcepta Dei negligantur, ſcilicet, diuitias & omnium rerum affluentiam, id eſt, auariciam, quam Paulus uocat Idolorum culturam Gal: 5.

Non ibitis poſt Deos) Hactenus affirmatiuè, nunc negatiuè primum præceptum exponit, Non habebis Deos alienos &c.

Cum interrog:) Modus propagandi doctrinam præceptorum ad poſteros.

Eritq; noſtri miſericors) In Heb: Eritq; nobis iuſticia. Locus enim eſt de Promiſſione legis conditionali Roma: 10. Qui fecerit ea, uiuet in eis, ſic Paulus ex hoc loco uocat iuſticiam, quæ eſt ex lege Roman: 10. Cum uero conditio ſit impoſſibilis, quia lex infirmatur per carnem Roma: 8. id eſt, tanta eſt infirmitas carnis ex originali peccato, ut legi non ſatisfiat, confugiendum eſt ad iuſticiam Chriſti ſeu fidei &c.

SCHOLIA IN VII. CAPVT.

In ſexto capite Moſes breuem huius promiſſionis, Ego ſum Dominus Deus tuus &c. Deinde & primi præcepti ſcripſit explicationem. Hic pergit explicare, quicquid eſt re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

eſt reliquum in primo præcepto, uidelicet, appendicem hanc, Non facies tibi ſculptile, deinde comminationem hanc, Ego ſum dominus Deus tuus zelotes &c. Poſtremo Promiſſionem quoq; miſericordiæ & benedictionis, faciens autem miſericordiam &c. ut hæc ſit ſumma capitis, Cum gentibus fœdus non ineundum, Idola ſubuertenda, maledictio negligentibus & benedictio ſeruantibus præcepta, prædicari.

Diuidatur autem in duas partes. In priori appendicem & comminationem. In altera promiſſionem additam primo præcepto Moſes exponit.

Loci pręcipui ſunt.

1. De ſocietate impiorum.
2. De affinitate impiorum fugienda.
3. De perdendis impijs.
4. De toto cultu Idolatrico tollendo & ſtatuis ſubuertendis.
5. De Eccleſia & populo Dei.
6. De dilectione Dei erga Eccleſiam.
7. De pacto Dei.
8. De comminationibus.
9. De Promiſſionibus.
10. De præſentia Dei in Eccleſia.
11. De uictoria populi Dei cōtra impios.

Cum

Cum uero intro:) Prima pars capitis de appendice & comminatione, primo prę-cepto connexis, & à Moſe explicatis. Et primus locus de ſocietate & affinitate impiorum uitandis. Initio enim prohibetur, ne populus Dei contrahat fœdus aut amicitiam ſeu affinitatem cum Ethnicis & Idolatricis populis, ne eorum conſuetudine ad Idolatriã & alia peccata inuitentur. Extant autem in ſequentibus libris Ioſua, Iudicum & Regum paſſim exempla, ubi & reges & homines priuati grauiter puniti ſunt, qui contra hoc præceptum fœdus aut amicitiam cum impijs coniunxerunt, uide Gene: 6. principalem diluuij cauſſam & 27. de Eſau: 34. de Dina, primo libro Samuelis de Saule, qui pepercit Amalechitis, & in ſecundo Melachim de affinitate impij Regis Achab.

Quin potius hæc) Locus & præceptum de omnibus Idolatricis cultibus una cum ſtatuis è medio tollendis, uide commentarios Lutheri de imaginibus ſuper hunc locum.

Et ſcies quia Dominus) Expoſitio comminationis huius, Ego ſum Dominus Deus fortis zelotes &c.

Si poſtq̃ audie:) Altera pars capitis

quæ

quæ continet expoſitionem promiſſionis, additæ primo præcepto, Promittuntur plurima bona ſeruantibus hæc præcepta.

Si dixeris in cor:) Occupatio eſt & locus de beneficijs & præſentia Dei, deq́ꝫ certa uictoria populi Dei ſuper impios, ut enim populus multitudine hoſtium non terreatur, promittitur præſens auxilium Dei ſperantibus in Domino.

SCHOLIA IN VIII. CAPVT.

Repetit hic iterum plurima & maxima beneficia, exhibita huic populo, pariter & afflictiones 40. annorum in deſerto, qua cõmemoratio, ne tam afflictionũ quàm beneficiorum eos ad timorem & fidem allicere conatur. Oſtendit enim ex præteritis beneficijs etiam futura, ſi credant, & ex præteritis afflictionibus plura in poſterum ſecutura, ſi non timeant Deum. Nam in eum finem uult eos recordari præteritorum, ut in poſterum ſint cautiores, ne uel anxij nimium de uictu non credant Deo, uel ſecuriores redditi, non timeant Deum. Si igitur hæc repetitio beneficiorum ſit propter timorem, fidem & gratiarum actionem, ut

popu-

populus commemoratione talium beneficiorum, uelit erga Deum & proximum eſſe gratus, quanto magis in conſpectu nobis eſſe debent ſpiritualia, cœleſtia & æterna beneficia propter Chriſtum filium Dei, nobis à Deo exhibita, qui, ut Paulus ait, nos ſedere fecit in cœleſtibus.

Pro diuiſione capitis obſeruanda eſt hęc egregia ſententia, cuius & Chriſtus meminit. Non in ſolo pane uiuit homo &c. cum aliȷs præclaris ſententȷs, quæ fluxerunt ex hoc capite, quale eſt illud prouerbium. Benedictio Domini diuites facit. Et in Pſalmo Qui dat eſcam omni carni. Imo totus Pſalmus 127. Niſi Dominus ædificauerit domum &c.

Loci præcipui ſunt.

1. De beneficȷs Dei.
2. De afflictionibus.
3. De obliuione beneficiorum Dei.
4. De Benedictione Dei.
5. De ui & efficacia uerbi Dei.
6. De miraculis.
7. De ſuperbia & inſolentia.
8. De abuſu diuitiarum.

Omne præceptum) Locus de obſeruatione.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tione mandatorum Dei,per adhortationem & promiſſionum recordationem.

Recorderis) Locus de beneficijs Dei, pariter & de afflictionibus,quibus ad obſeruationem mandatorum Dei populum incitare conatur. Vexatio enim dat intellectum, Et Deus tentat ſuos in bonum & non in malum, deinde uult ſua beneficia agnoſci,uult gratias agi.

Quod non in ſolo:) Locus de efficacia uerbi & aurea ſententia quam Chriſtus contra Satanam tentatorē citauit,Proponitur .n.nobis in hac ſententia,Primum quod hic corporalis cibus non ſit uita hominis ſine uerbo & benedictione diuina. Fruſtra.n. uſus fueris cibo & potu,niſi deus ſua benedictione,in ſanguinem & uitam naturalem, hæc conuerterit. Deinde quod & ſine corporali cibo,Homo uiuere poſſit uirtute diuina, in quam ſententiam citatur hic locus à Chriſto, ſicuti ipſe Moſes & Elias uixerunt 40. diebus & noctibus. Poſtremo quod animæ pabulum,ſolum uerbum Dei ſit.

Veſtimentum tuum) Locus de miraculis, hoc enim eſt ingens & ſtupendum miraculum, quod ueſtes non ſunt attritæ

ſpacio 40. annorum, & quod Deum Paſtorem & ducem habuerunt in Eremo.

Dominus enim Deus) Locus de benedictione Dei, quæ diuites facit.

Obſerua & caue) Locus de abuſu diuitiarum & obliuione beneficiorum Dei, uide quæ dictaui ſupra in caput 6. de hoc impedimento timoris Dei. Nam utile præceptum hic proponitur, ne cum Deus benedixerit, ingrati ſimus, & beneficiorum immemores & ex rebus ſecundis ſuperbiamus Luxuriant enim animi rebus plerunqꝫ ſecundis, ut ait Poeta. Vult enim Deus agnoſci ſua beneficia & agi ſibi gratias.

Et poſtq̃ afflixit) Locus de arrogantia & præpoſtera carnis induſtria, Nos enim hic admonemur, ne cum res ſecundæ ſunt, ipſi hoc noſtrę induſtriæ adſcribamus, obliti bonitatis Dei, ſicuti hic ait, Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ, Hæc omnia mihi præſtiterunt, ſed recorderis Domini Dei tui, quod ipſe tibi uires præbuerit.

SCHOLIA IN IX. CAPVT.

Tollit Moſes in hoc capite aliud impedimentum

dimentum timoris Dei ſcilicet ſuperbiam ſpiritualem, quæ iam non de diuitijs, ſed de iuſticia & meritis gloriatur. Præter enim repetitam commemorationem beneficiorum Dei, Moſes multis uerbis oſtendit, quod poſſeſſio terræ Canaan non ſit Iſraelitis data propter ipſorum iuſticiam, ſed ex miſericordia, quod ter hoc capite repetitur & longa repetitione præuaricationes eorum commemorantur, nempe à promulgatione legis uſq; ad murmur apud ſepulcra concupiſcentiæ, de quibus uide Exod: 17. 19. & 32.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, quod ſicuti populus Iſrael non propter ſuam iuſticiam aut uirtutem conſecutus eſt corporalem poſſeſſionem terræ Canaan, ſed ſola bonitate Dei, ita & æternam iuſticiam & uitam, non noſtra iuſticia, ſed ex Dei miſeratione, propter filium in ipſum credentes omnes ſumus, conſecuturi.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſuperbia ſeu arrogantia ſpirituali.
2. De uiribus humanis.
3. De iuſticia & meritis humanis.
4. De miſericordia & electione Dei.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

5. De infirmitate, peccatis & transgreſſione ſeu prevaricatione filiorum Adę.
6. De gloria & promiſſionibus Dei.

Audi Iſrael) Præmittit ſuo more commemorationem beneficiorum Dei.

Scies ergo hodie) De filijs Enachim ſupra in Exodo, de eo, quod Deus ignis conſumens eſt, uide ſupra capite 4.

Ne dicas in corde tuo) Propoſitio totius capitis per dehortationem, non eſſe fidendum proprijs uiribus & nihil eſſe uires humanas, ideoq; nihil nobis arrogandum, cum ſint unius Dei omnia, Locus de ſuperbia ſpirituali, deque propria iuſticia & falſo iudicio, de beneficijs Dei, quod Moſes hic damnat.

Cum propter impie:) Primum argumentum, quod gentes meruerint expelli, uide ſimilem locum de reprobatione Iudæorum Roma: 11. Tu cum oleaſter es &c.

Neq; enim) Secundum argumentum ex autoritate promiſſionis diuinæ ſcilicet ut compleret Deus ſuam promiſſionem Patribus ſub iuramento factam.

Memento & ne obli:) Tertium argumentum ab experientia, quod Iſraelitæ ſint populus duræ ceruicis, ut & Stephanus ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

eundem modum, quo hic Moſes, de eis teſtatus eſt acto:7. Tantum abeſt, ut propter ſuam iuſticiam ingreſſum et poſſeſſionem terræ Canaan à deo mererentur.

Nam & in Horeb) Hic longa repetitione ponit ab oculos uarias præuaricationes et delicta, quod quanquam diuinitus ſit eis lex data, tamen contumaciter eam contempſerint, Sed propter hæc delicta noluit Deus reuocare Promiſſionem factam Abrahæ, Iſaac et Iacob de terra promiſſa, & nihilominus eos introduxit in terram Canaan, ita & Deus, quanquam in ſanctis ſit peccatum & multæ præuaricationes, tamen credentibus in filium Dei datur poſſeſſio terræ Canaan, hoc eſt iuſticia & uita æterna.

SCHOLIA IN X. CAPVT.

Pergit Moſes hoc decimo capite tertium argumentum, quo nititur contra illorum iuſticiam & de proprijs meritis gloriationem, exaggerare. Repetuntur enim adhuc ſuperiores hiſtoriæ, quæ partim deſcriptæ ſunt Exod: 34. partim in libro Numerorum, ut reſtauratio tabularum & profectiones quædam filiorum Iſrael cum adhortati-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

one ad reſipiſcentiam, ad gratitudinem & ad præcepta Dei ſeruanda.

Loco diuiſionis obſeruandæ ſunt hæ ſuauiſſimæ promiſſiones Dei, quæ ſubinde repetuntur in libris Prophetarum & noui Teſtamenti, uidelicet, deus non reſpicit perſonas, Item non accipit munera, Item facit iudicium uiduæ & pupillo, Item qui amat peregrinum, ut det ei uictum & ueſtitum, quibus Promiſſionibus Deus omnes miſeros, derelictos & afflictos conſolatur & allicit eos ad credendum.

Loci præcipui ſunt.

1. De decalogi tabulis & inſtauratione uerbi Dei.
2. De Eccleſia errante in mundo.
3. De miniſterio uerbi & miniſtrorum ſuſtentatione.
4. De obſeruatione mandatorum Dei.
5. De circumciſione & uero cultu Dei.
6. De pupillis, uiduis & peregrinis.
7. De timore Dei.
8. De Eccleſiæ & piorum multiplicatione.

In tempore illo) Locus de tabulis decalogi & reſtauratione uerbi Dei, obſeruandum eſt autem, quod cum tabulæ priores deca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

decalogi fractæ eſſent, propter uitulum adoratum uoluerit eas Deus reſtitui. Quo ſignificatur uerbum Dei in Eccleſia, ſi ſit obliteratum aut obſcuratum rurſus ſubinde reſtaurandum & renouandum id quod hiſtoriæ omnium temporum ab initio mundi teſtantur & hæ perſonæ, Seth, Enoch, Noe, Moſes, Elias & alij Prophetæ, Ioannes Baptiſta, Chriſtus ipſe, Auguſtinus & noſtro ſeculo Lutherus, quia uerbum Domini, quod manet in æternum nullo modo interire poteſt, unde pij omnes præſertim in perſecutione ſe conſolentur, uidelicet nullum uiolentum eſſe perpetuum, ſicut & Athanaſius de perſecutione, quæ facta eſt ſub Iuliano Imperatore, ſuo populo dixit, Filioli confidite nebula tantum eſt, cito pertranſibit, & ego reddar uobis. Sic etiam liber Deuteronomij ſub Ioſia rege, repertus & reſtitutus eſt.

Eo tempore ſepa:) Locus de miniſterio uerbi & ſuſtentatione miniſtrorum. Cũ enim non aliqua certa poſſeſſio terræ ſicut cæteris Tribubus aſſignatur Tribui Leui, quia ipſe Dominus poſſeſſio eius. Primum hoc præcipitur, ut de altari et miniſterio ſuo uictum habeant miniſtri uerbi. Deinde deum miniſtris ſuis, ut maxime hic non ha-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

beant amplas poſſeſſiones, tamen daturum ad uitam hanc aliquo modo ſuſtinendam uictum & ueſtitum, ut Eſaias ait, Dabo eis panem arctum. Poſtremo quod dominus debeat eſſe poſſeſſio eorum, hoc eſt, ueram Dei cognitionem & poſſeſſionem uitæ ęternæ pluris facere debeant, quam omnes opes mundi, ut teſtantur exempla Prophetarum & Apoſtolorum, Qui cum Chriſtum poſſiderent contemptui illis fuit totus mundus imo ipſa uita quoq;.

Et nunc Iſrael) Adhortatio ad timorem Dei & obſeruationem mandatorum eius, ubi ſeorſum obſeruandum eſt quod Deus cor requirit.

Circumcidite igitur) Locus de Circumciſione & uero cultu Dei. Breuis enim expoſitio eſt & ſignificatio Circumciſionis & cultuum Moſaicorum hic traditus, cum ait, Circumcidite corda ueſtra, quo monet populus ne confidat externis cultibus. Nam Circumciſio cordis, quæ fide & ſpiritu fit uera Circūciſio eſt, non illa carnalis Ro: 2.

SCHOLIA IN XI. CAPVT.

Concludit hoc capite declarationem pri mi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

mi præcepti & eorum quæ primo præcepto adhærent. Cohortatur enim eos adhuc ad legem ſeruandam, ut ſcilicet lex in corde & ob oculos ſemper ſit habenda, Principio repetit beneficia Dei, populo exhibita, & commemorat pœnas quas contemptoribus Dei ueluti Datan & Abiram inflixit Deus, additis promiſſionibus & comminationibus per benedictiones & maledictiones, quæ infra cap. 27. & 28. commemoratur.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt hoc quod ſeruantibus legem promittitur fertilitas, Transgreſſoribus uero fames & ſterilitas, Benedictio, inquit, ſeruantibus, maledictio non ſeruantibus præcepta, quod ipſa quoq; rerum experientia quotidie ſic ſe habere demonſtrat, Vnde enim fames, annonæ caritas, bellum, peſtis & alia infortunia, quam ex inobedientia noſtra erga uerbum Dei. Noſtrum eſt igitur his ſalutaribus admonitionibus parere & reſipiſcere.

Loci præcipui ſunt.

1. De beneficijs Dei.
2. De pœnis transgreſſionis mandatorum Dei.
3. De Idolatria fugienda.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. De uerbo Dei ſequendo.
5. De Promiſſionibus.
6. De benedictionibus & maledictionibus.
7. De obedientia & inobedientia erga uerbum Dei.

Ama itaq; do:) Locus de beneficijs dei, Repetit enim beneficia, quæ Deus Iſraelitis in Aegypto & deſerto per 40. annos exhibuit, & promittit terram & futura beneficia accipienda, ubi ſeruauerint præcepta Dei, & Deos alienos non coluerint.

Terra enim) Commendatio terræ Canaan & laudes eius.

Cauete ne forte) Admonitio cum annexa comminatione graui, ſi non ſeruauerint præcepta Dei.

Ponite hæc uerba) Hic repetit præceptum de propagando uerbo & annectuntur non ſeruantibus maledictiones.

SCHOLIA IN XII. CAPVT.

Hic tranſit Moſes ad declarationem ſecundi præcepti, de uera inuocatione, de prophetia & doctrina Dei, de Leuitis & prædicatione uerbi Dei. Durat autem hæc declaratio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

claratio per tria ſequentia capita uſq; ad 15. caput,& agitur hic præcipue de externo cultu Dei,procedendo á corde ad os & opera primæ tabulæ,Seorſum admonet hoc capite deſtruendam & fugiendam eſſe Idolatriam, & falſum cultum falſamque inuocationem & ueram ſectandam, quæ ſua externa ſigna & ceremonias habet in oblationibus primicijs & decimis, & ſuum certum locum,á Deo deſignatum, ubi comedat inuocans & ſacrificans,ſine ſanguine.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, hæc præcepta de falſo cultu Dei tollendo, ſuum etiam hodie uerum uſum apud nos habere. Debitores enim ſunt ex una parte miniſtri uerbi repetendi ſeuera mandata Dei,ex altera parte Magiſtratus utriuſq; tabulæ cuſtos, ut reliquas Papiſticas & Idolatricas in Papatu ſuperſticiones funditus euellere, deſtruere & eradicare ſtudeant & conentur. Omnis enim plantatio &c Fruſtra enim me colunt &c.

Loci præcipui ſunt.

1. De Idolatria tollenda.
2. De uerbo Dei ſequendo in omnibus.
3. De cura miniſtrorum uerbi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. De uero cultu & uera doctrina ſeruandis.

Hæc ſunt præcepta) Primus locus de euertenda Idolatria, quod præceptum non tantum illi populo, ſed æternæ Eccleſiæ datum eſt, ſicuti Paulus ait, Fugite Idolatriam & Ioannes. Filioli cauete uobis à ſimulacris Eſt autem Idolatria omnis cultus ſine mandato Dei inſtitutus.

Non facietis) Secundus locus oſtendit Moſes Deum in terra promiſſa certum locum electurum, in quo ſe coli & ſibi ſacrificari uelit, & mandatur ne uſpiam alibi ſacrificia fiant Deo. Quo ſignificatum eſt tantũ Chriſto & per Chriſtum omnia opera & omnes cultus exhibendos eſſe Deo, ſicuti ait Petrus, Per hunc offerimus hoſtias ſpirituales & placentes Deo, igitur nullum opus ſine Chriſto placet. Oportet enim perſonam prius eſſe reconciliatam Deo, Porro quantum ad locum inuocationis attinet in nouo Teſtamento uult Paulus uiros in omni loco leuare puras manus 1. Timoth: 2. uide etiam Iohan: 4. diſputationem Chriſti cum muliere Samaritana, ita tamen ut Eccleſia & publicus cœtus in templo congregatus non negligatur 1. Corinth: 11.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Caue ne derelinq:) Locus & præceptum de cura miniſtrorum uerbi, cum ait, Caue ne derelinquas Leuitam omni tempore, quo uerſaris in terra, grauiter igitur delinquunt, qui miniſtros uerbi negligunt, de quo Paulus copioſe 1. Corinth: 9.

Obſerua & audi) Locus & præceptum de uero cultu Dei, uidelicet, non alios cultus eſſe inueniendos aut inſtituendos, quàm diuinitus ſunt traditi, nec aliam doctrinam eſſe excogitandam, ſicuti ait. Quod præcipio tibi, hoc ſerua, nec addas quicquam, nec minuas, Ergo Eccleſia eſt alligata uerbo Dei, nec habet poteſtatem præcipiendi nouos cultus, aut quicquam addendi uel minuendi in doctrina diuinitus tradita.

SCHOLIA IN XIII. CAPVT.

Pergit in declaratione ſecundi præcepti, iubetq; caueri nę uera doctrina relicta, populus Dei ſinat ſe falſis miraculis ad impiam et Idolatricam doctrinam pertrahi. Quare ſiue ſit Propheta, ſiue ciuitas, ſiue ſanguine iunctus aliquis, qui tentare præſumit aliquid contra ueram doctrinam, iubet Moſes ut interficiatur & è medio tollatur, nullamq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

lamq; fidem habendam nouis ſignis, miraculis & portentis, contra uerbum receptum & ſignis cœleſtibus iam dudum confirmatum. Ideoq; iubet falſum Prophetam & Idolatras debere interfici, deq; doctrina & prophetia iudicari, ne Dei uerbum amittatur, & populus ad Idolatriam conuertatur, amiſſo enim uerbo, Deus ipſe, ſalus hominum & omnia bona pariter amittuntur.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, hanc prohibitionem falſæ doctrinæ, ſuum etiam uſum habere nunc paſſim in Chriſtianiſmo, dum ex Idolatricis cordibus & locis uariæ Satanæ præſtigiæ, miraculorumq; falſorum ſpectra per ſanam doctrinam effugantur, & ut ab Aaronis uirga deuoratæ ſunt uirgæ Magorum Pharaonis: ita fide noſtra, cuncta hæc ſpectra penitus abſorbentur. Satan enim iuxta Prophetias Danielis 9. Chriſti, Matth: 24, & Pauli 2. Theſſa: 2. talibus falſis miraculis, Papiſticam doctrinam de inuocatione ſanctorum & aliȷs Idolatricis cultibus, contra ueram Euangeliȷ doctrinam, Chriſti & Apoſtolorũ miraculis confirmatam ſtabiliuit & confirmauit.

Loci præcipui ſunt.

1. De falſis Prophetis.

De hypo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

2. De hypocritis.
3. De Idolatria.
4. De uerbo Dei retinendo.
5. De falſis miraculis & de tentatione fidei per ea.
6. De Iudicio doctrinæ.
7. De ſupplicijs hæreticorum & ſeductorum.

Si ſurrexerit) Locus de uera doctrina retinenda & falſa cauenda, ſic Matth: 7. Attendite á falſis Prophetis &c. Acto: 20. Rom: ult: Vult enim Deus alligatam ſuam Eccleſiam ad uerbum per ſeipſum traditum & reuelatum, adeoq; confirmatum ingentibus miraculis, liberatione ex Aegypto, tranſitu Maris rubri &c. Neq; uult ut nos diſcedamus à uerbo moti ullis miraculis ſeu præſtigijs Satanæ & ſuorum Prophetarum.

Propheta autem ille) Locus de ſupplicijs hæreticorum & ſeductorum, quæ per ſolum Magiſtratum publico non priuato iudicio ſunt irroganda.

Si tibi uoluerit) Locus de Iolatricis doctrinis et conſilijs fugiendis huc Chriſti mandatum Matth: 18. referatur, Si manus tua uel pes tuus ſcandalizat te. Si oculus tuus &c. Item Marci 3. Quæ eſt mater mea &c. Porro mandatum hoc magnum eſt,

quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quo præcipitur execrabilis debere eſſe & morte puniendos etiam conſanguineos noſtros, qui ad impietatem & Idolatriam nos inducere uelint. Debet enim Deus præferri patri & matri, imo omnibus creaturis iuxta primum præceptum, Non habebis Deos alienos &c.

Si audieris in uia) Tranſit ab uno propheta, Deinde ab una familia ad totam ciuitatem quam iubet incendi, cum illic Pſeudoprophetæ reperiantur, & hodie quoq; ſit huius mandati executio, Monaſteria & templa Idolatrica dicuntur. Ciuitates Papiſticæ mirabili Dei iudicio paſſim incenduntur & Antichriſtiani homines etiam ſpiritu oris Chriſti nunc indies interficiuntur.

SCHOLIA IN XIIII. CAPVT.

Perſiſtit adhuc in declaratione ſecundi præcepti, miniſtros informans & populum ſacrificaturum Domino. Primum enim in genere prohibet eis ne prophanis gentium ceremonijs ſe contaminent, Deinde ſpecialiter eis hæc tria incisionē, raſurā ſuper mortuo, & eſcam immundorum prohibet, enumerans per occaſionem animalia, quæ ad

eſum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

eſum munda ſint & quæ immunda, de quibus uide ſupra Leuit: 11. mox ſubiungit & repetit de decimis dandis & de Leuitis alendis,ut ſemper ſint, qui uerbum Dei prædicent & pias ceremonias à Deo mandatas conſeruent.

Quærenda eſt loco diuiſionis Allegoria pulcerrima,continens comparationem rapacium animalium & auium, ad impios Doctores,ubi mire omnia quadrabunt,uide Commentarios Lutheri ſuper hoc caput.

Loci præcipui ſunt.

1. De immoderato planctu ſuper mortuos.
2. De pijs & impijs ceremonijs.
3. De cura funeris.
4. De præceptis legalib. & temporaneis.
5. De mundicie & immundicie ſpirituali hic ſubintellecta.
6. De decimis & ſuſtentatione miniſtrorum uerbi.

Filij eſtote Domini) Locus attentionis quaſi dicat, cum Dominus uos elegerit in filios & peculiarem populum, nolite ritum gentium imitari,nec uos impijs ceremonijs contaminare, Pios enim pia decent.

Non uos incidetis) Locus de impijs cere-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ceremonijs fugiendis, Mos erat gentibus ut in ſacrificijs & funeribus corpora ſcinderent & capita raderent, præſertim faciem ipſam deformarent ſupercilia deradendo, uide Leuit: 19. Super mortuo non incidetis carnes ueſtras.

Ne comedatis) Repetit locum de mundis & immundis animantibus, ut animalibus, piſcibus & auibus, à quibus ſit abſtinendum. Quod mandatum fuit temporarium nec Chriſtianos obligat, niſi quantum ipſa natura abhorret à crudelioribus & rapacibus animantibus, tales leges à Deo datæ ſunt Iſraelitis. 1. Vt à reliquis gentibus diſcernerentur. 2. Vt his legibus & non gentilicijs cultibus occuparentur. 3. Vt oppreſſi grauitate ceremoniarum confugerent ad Meſſiam 4. Vt mouerentur ad mundiciem ſpiritus his immundorum animantium prohibitionibus quantum ad eſum attinet.

Decimam partem) Lex quæ iubet offerendas eſſe decimas, de quibus Sacerdotes & Leuitæ templi uiuebant, Et qui procul habitabāt, pro decimis offerant pecuniā, ubi magna Dei pro miniſtris uerbi ſollicitudo declaratur. Porro triplices decimas impoſuit Deus Iſraelitico populo, Primæ erant

erant,quas ſingulis annis de omnibus fructibus terræ dabant Leuitis, Secundæ, quas quolibet anno tertio ſeparabant pro Leuitis,peregrinis,pupillis uiduis, Tertiæ erant Leuitis impoſitæ,quas ipſi de ſuis decimis darent ſacerdotibus. De duabus prioribus ſpeciebus hoc capite.De tertia in Leuitico.

SCHOLIA IN XV. CAPVT.

Hic incipit declarare tertium decalogi præceptum,ad quod refertur annus remiſſionis,ut annus feſtiuus, cum feſtis diebus per anni circulum,ut ſupra Leuit: 25. Septimo anno Sabbatum erit magnum terræ requietionis Domini,quaſi dicat, ſicut poſt ſex dies ſeptimus erit ſolennis, ſic quoq; uolo,ut poſt ſex annos ſeptimus apud Iſraelitas meos celebris habeatur. Erat profecto conſtitutio omnium pulcerrima contra uſuras,& plurima alia incommoda, Nam annus remiſſionis erat, quo omnia debita remittenda erant,ſicut & annus iubilæus poſt quadraginta nouem annos, hoc eſt, anno ſexageſimo fuit eiſdem de cauſis inſtitutus, ut eſt ſupra Leuit: 25. ut uidelicet homines pauperes ad ſuas poſſeſſiones redirent.Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

eſt enim & ſumma huius capitis ſcilicet remiſſio debitorum anno ſeptimo, propter pauperes & ſeruos, cum ipſa mendicitas in populo Dei prohibeatur.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, quomodo hi duo loci reconcilientur, uidelicet omnino indigens & mendicus non erit inter uos. Et non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, qui ſibi repugnare uidentur, ſed facilis eſt cōciliatio. Voluit Deus in populo ſuo pauperes eſſe, ſed non mendicos, hoc eſt, non derelictos, quin eis ſemper ſubueniatur, ſemper habebunt, quibus dent, ſed tam liberales erunt, ut pauperes apud eos non turpiter uagētur, ſic ad Galat: 2. Vt Pauperum memores ſimus, id eſt, ſit nobis de eis cura & ſollicitudo ut non uagabundi inhoneſte querant uictum.

Loci præcipui ſunt.

1. De uarietate Sabbatorum in lege.
2. De remiſſione debiti ſeu condonatione mutui.
3. De beneuolentia erga pauperes.
4. De Eleemoſyna danda.
5. De paupertate & mendicitate.
6. De ſeruitute.

De manu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

7. De manumiſſionibus.
8. De primogenitis.

Septimo anno) Locus de Sabbatis, hic enim repetitur inſtitutio de Sabbato annorum, hoc eſt, de anno requietionis & remiſſionis, qui poteſt etiam iubilæus minor uocari, ad differentiam iubilæi maioris, quod præ gaudio pauperes iubilarent, cum eis debita remitterentur, & ab eis mutua non exigerentur, cumq; redirent ad ſuas poſſeſſiones &c. uide Leuit: 25, & infra cap: 31. quod hoc ſeptimo anno Deute: lectio recitaretur.

Porro in Hebræo eſt ab extremitate ſeptimi anni. Betz enim apud Heb: finem ſignificat, quo utraq; extremitas in initio & exitu rei comprehenditur.

A peregrino) Correctio, non quod peregrinos uelit Deus perditos eſſe, quos alioqui ſuo populo ſemper cõmendat, ut cap: ſuperiori & cap: 10. Vos amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ in terra Aegypti, ſed ut eſſet diſcrimen inter populum dei priuilegiatum (in Pſalmo, Non fecit taliter omni nationi Roma: 9.) & homines peregrinos, ut ſint certi etiam gradus honoris pro dignitate perſonarum, ordinum & officiorum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Et omnino) Locus de beneuolentia & Eleemoſyna exhibenda in pauperes, ne ſint mendici in populo Dei. Huc referenda ſunt omnia hoſpitalia pauperum, cum ſuis bonis cura, adminiſtratione, diaconatu &c.

Cum tibi uend:) Locus de manumiſſionibus, Si ſe Hebræus aut Hebræa in ſeruitutem dederit anno ſeptimo liber dimittetur.

De primoge:) Repetitio de primogenitis immolandis uide Exod: 13. & Nu: 3.

Sin autem) Indicat qualia ſacrificia ex pecudibus nempe ſine macula & fuco offerenda ſunt Domino.

SCHOLIA IN XVI. CAPVT.

Declarato tertio decalogi præcepto per Sabbatum requietionis ſeu ſolennẽ annum remiſſionis, Repetit hoc capite quæ potiſſimum feſta per annum ſint celebranda, relictiſq; reliquis. De his tribus ſcilicet Paſcæ, Pentecoſte & Tabernaculorum ſolennitate tertij præcepti declarationem proſequitur, de quibus feſtis ſupra in Exod: cap: 12. ubi feſtum paſcæ explicatum eſt & Nume: capite 28.

Pro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Pro diuiſione huius capitis remitto uos ad Tabulas meas, de ratione feſtorum Iudaicorum & feſtorum in nouo Teſtamento iuxta regiam Eccleſiarum Danicarum ordinationem. Præterea diſcrimen obſeruandum eſt inter hæc tria feſta & reliqua, quæ hic non repetũtur, hoc uidelicet quod hæc tria per integros octo dies. Feſta uero tubarum expiationis &c. tantum uno die celebrarentur, & in his tribus præcipuis feſtis omne maſculinum coram Domino apparteret.

Loci præcipui ſunt.

1. De feſtis Iudaicis.
2. De commemoratione beneficiorum Dei.
3. De gaudio & gratiarum actione pro beneficijs Dei.

Obſerua menſem) Repetitio feſti Paſcatos & commemoratio primi & ſummi miraculi ſeu beneficij ſcilicet liberationis ex Aegypto.

Septem hebdo.) Repetitio feſti Pentecoſtes & commemoratio beneficij acceptæ legis, in monte Sinai. Porro feſtum hebdomadarum uocat Pentecoſten, ab hebdomadibus numeratis à die Paſcæ, nempe ſe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ptem & in menſe tertio poſt exitum de Aegypto, uidelicet quinquageſimo die, quia tunc data eſt lex &c.

Solennitatem quoq;) Repetitio feſti tabernaculorum, & commemoratio omnium beneficiorum Dei per deſertum illis 40. annis, quando fuerunt in Tabernaculis. Hinc diſcere nos oportet uſum noſtrorum feſtorum, quod inſtituta ſint pro commemoratione beneficiorum Dei, non ad luxum, ocium &c. ut ſunt apud nos hodie paſſim in abuſu, quem Deus impunitum non relinquet.

SCHOLIA IN XVII. CAPVT.

Cum oporteat Magiſtratum eſſe cuſtodem etiam primæ tabulæ quantum ad externam obſeruationem attinet, ut blaſphemi religioniſq; contemptores puniantur. Præcipitur hoc capite per occaſionem conſtituendos eſſe Iudices & executores eorum quæ de puniendis transgreſſoribus legis à Deo iubentur, Vbi enim lex eſt, ibi transgreſſio & præuaricatio quoque ſtatim ex corrupta natura adſunt, quibus coercendis inſtitutus eſt gladius, & uiua lex Magiſtratus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tus,ut ſit eorum quæ ſecundum legem facienda aut omittenda ſunt executor & uindex ad iram tam in prima quàm in ſecunda tabula.

Sed admonentur Iudices ne uel muneribus uel gratia corrupti inique iudicent, uide Exod: 23. Leuit: 19. ſupra cap: 1. Eccleſiæ: 20. Porro de rege quoq; eligendo,& quæ facere Regem oporteat, eadem occaſione reuelatur,ut ſumma capitis ſit,conſtituendos eſſe Iudices,qui curam religionis etiam habeant, Item uicioſam hoſtiam non offerendam eſſe,pœnam Idolatris infligendam ambiguas ſententias ad ſummos Iudices deferendas, plectendos rebelles & Reges ſuo tempore conſtituendos.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, ingens Dei beneficium eſſe, quod uelit ſuam Eccleſiam & ueram religionem haberi ſub tutela & protectione Regum & Principum,ut illis & omnibus Magiſtratibus ſit prima cura religionis & geſtent Eccleſiam tanquam in utero,Regeſq; nutricij erunt & Reginæ nutrices eius, ut inquit Eſaias, tantum abeſt ut ab eis ſpolietur,denudetur, in exilium mittatur,uel interficiatur, &c. ut tamen,proh dolor,hodie paſſim quoque fi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

eri uidemus, ut de multis conueniat illud Terentianum, Ouem lupo commiſiſti. Sed tales audient in iſto die ſeueri Iudicis uocem hanc, Adducite eos qui noluerunt me regnare ſuper ſe & interficite eos ante me &c. Lucæ 19.

Loci pręcipui ſunt.

1. De Magiſtratibus.
2. De offerendo eo quod bonum eſt & integrum.
3. De pœna Idolatrarum.
4. De cauſſis & controuerſijs ad iudices deferendis.
5. De dignitate miniſterij uerbi.
6. De regibus & principibus,
7. De cura religionis.

Iudices & Magiſtros conſtitues) Hæc particula transferenda eſt in caput 17. propter ipſius contextus cohærentiam, Locus eſt & mandatum de Iudicibus inſtituendis, & admonitio quales eos eſſe oporteat, Pſal: 2. Erudimini, qui iudicatis terram.

Non immolabis) Præcipitur ne quid uicioſum offeratur Domino, uide Malachi: 1. Sed hoc Dei mandatum eſt in ſummo contemptu, non ſolum apud Ebæos, ſed etiam apud nobiles, Quotuſquiſqꝫ enim reperi-

reperitur, qui non de frumento, pecoribus & alijs rebus uiliſſima conferat ad miniſterium uerbi, religioniſq; conſeruationem, modo aliquid in eum uſum conferre dignetur. Frumentum quod decimatur paſſim à ſiliquis uix diſcerni poteſt, Agni pellucent, ut laterna punica, cutis uix oſſibus hæret &c. Sed tales non ſunt ſine maledictionibus Dei, nec caret Reſpub: defectibus propter eos. Deus enim ſui uerbi, contemptum non relinquit impunitum.

Cumq; reperti fu:) Locus de pœna Idolatriæ, quantum ad tertium præceptum attinet, ubi populus Idolatriæ deditus, uerum Dei cultum relinquit. De pœna uero Pſeudoprophetarum, uide ſupra cap: 13. in declaratione ſecundi præcepti, propheta ille interficietur.

Si difficile eſt & am) Præceptũ in grauioribus cauſſis obſeruandum uidelicet cõſulendos eſſe ſacerdotes & miniſtros Dei, qui ſecundum uerbum ipſius cauſſas dijudicent. Huc refer locum & donum Dei de dijudicandis dogmatib. & ea quæ habet ordinatio regia de cauſſis matrimoniliabus & alijs cauſſis, præſertim ad conſcientiam ſpectantibus, ut à miniſtris uerbi dijudicentur,

ut à Superintendentibus, Præpoſitis & aliįs uerbi Dei miniſtris.

Cum ingreſſus fue:) Reuelatio eſt ut prophetia quod populus Iudaicus aliquando regnum affectaret & iudicum imperium detrectaret, quod factum eſt tempore Samuelis, qui ius Regis ſuo populo ſignificare coactus eſt, 1. Reg: 8. & Saulem unxit in Regem, 1. Reg: 9. Porro datur hic præceptum, qui Rex ſit eligendus, nempe diuino iudicio approbatus, electus ex ipſo populo, & quomodo ſe gerere debeat.

Poſtquam autem ſede:) Inſigne præceptum eſt hoc poſtremum, ut prima cura religionis ſit regibus, Principibus & omnibus Magiſtratibus, Nam cum miniſter Dei ſit Magiſtratus, inprimis ea curare debet, quæ Dei ſunt.

SCHOLIA IN XVIII. CAPVT.

Concludit Moſes declarationem tertij præcepti, uel potius primæ tabulæ, per repetitionem eorum, quæ debentur miniſtris ſeu Leuitis, & quod fugienda ſit Idolatria, quodque Pſeudopropheta ſit interficiendus, addita præclariſſima promiſſione de

aduentu

aduentu Meſſiæ, quem prophetam uocat, hoc eſt, Euangelij prædicatorem, cum lex per Moſen data ſit, Ioan: 1. Summa itaq; capitis eſt, quod Leuitis nulla datur poſſeſſio, deque fugienda omni Idolatria, de ſuſcitando propheta Chriſto, & de Pſeudopropheta interficiendo.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, hoc caput eſſe nucleum totius huius libri propter hunc principalem locum & expreſſam prophetiam de Chriſto nouo Doctore, qui cum fuerit ab initio mundi promiſſus, illud benedictum ſemen, tamen & hic iacuit in medijs legalibus inſtitutionibus inuolutus, quem hic eruunt Prophetæ & Apoſtoli, ſicut Ioan: 1. Philippus ad Nathanaelem dixit, Quem ſcripſit Moſes in lege & prophetis, inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth. Et Acto: 3. Moſes ad Patres dixit, quod prophetam ſuſcitabit uobis Dom: Deus ueſter, de fratribus ueſtris tanquam me. Hunc audite iuxta omnia, quæcunque locutus fuerit uobis. Et Acto: ſeptimo. Hic eſt Moſes qui dixit filijs Iſrael, Prophetam ſuſcitabit uobis Deus ueſter è fratribus ueſtris, ſimilem mei &c. Sit igitur nobis hoc caput commendatiſſimum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

datiſſimum propter Euangelij diuulgationem, quæ facta eſt per filium Dei, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta Io: 1.

Loci præcipui ſunt.

1. De ſuſtentatione miniſtrorum.
2. De beneuolentia erga peregrinos uerbi Dei miniſtros.
3. De fugienda Idolatria necnon omni ſuperſtitione.
4. De Promiſſionibus diuinis.
5. De Chriſto ſaluatore noſtro.
6. De Pſeudoprophetis.

Non habebunt ſacer:) Locus de ſuſtentatione miniſtrorum uerbi. Non enim hic adſignatur certa poſſeſſio terræ Leuitis, ſed dantur decimæ & portiones certæ de ſacrificijs, Primiciæ item frugum omnium, ne occupati re domeſtica negligentius faciant aut omittant miniſteriũ & cultum Dei, utinam & Parochis noſtris prouiſum eſſet liberaliori ſuſtentatione, ne colendis agris occuparentur.

Si erexerit) De Leuita peregrino, cui reliqui portionem à ſuis reditibus defalcatam darent, ne turpiter apud eos ageret, utinam & hæc humanitas hodierno die per auariciam non impediretur.

Quando

Quando ingreſſus fue:) Locus de fugiendis ſuperſtitionibus omnibus, prohibentur enim Idolatrici cultus per luſtrationem quæ fiebat per ignem ne quærantur arioli obſeruantes ſomnia. Porro ſpecies hæ ſunt.

1. Vates qui ſuo ſenſu futura prædicunt, & non ſecundum uerbum Dei. *Koſſonim.*
2. Obſeruatores dierum. *Meonemim*
3. Augures, qui ab auibus obſeruant uentura. *Menacheſchim.*
4. Malefici, id eſt, uenefici. *Mechaſchephim.*
5. Incantatores. *Hoberim.*
6. Pythones. *Obothim.*
7. Sortilegi. *Iedomi.*
8. Qui quærunt à mortuis.
9. Qui filios luſtrant per ignem.

Prophetam de gente tua) Hæc eſt egregia prophetia de uenturo Chriſto, qualis non eſt in toto Moſe. Nam cum ait, alium prophetam ſuſcitatum iri ex populo Iſrael, ſignificatur ueterem prophetã Moſen cum omni cultu ueteris Teſtamenti abolendum. Et hunc nouum prophetam filium Dei audiendum, qui nouum & ſpiritualem cultum ſit inſtituturus, & grauis comminatio eſt, id quod ſubiungitur. Qui uerba eius, quæ loquetur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor exiſtam.

Porro impij Iudæi cum ſuis Rabinis concurrunt ad hunc locum & eius ueram interpretationem tanquam ad incendium extinguendum, ut auertere poſſint, ne de Chriſto intelligatur. Alij enim hunc Prophetam Ioſuam faciunt, alij Ieremiam, alij in genere referunt ad omnes prophetas omnium ætatum, & interim in Chriſtum blaſphemi ſunt, nobis uero Chriſtianis ſatis eſſe debent egregia Apoſtolorum teſtimonia de hoc loco, quem toties in nouo Teſtamento allegant & de Chriſto interpretantur. Quod autem cum Moſe confertur, non ad naturam neque natiuitatem ſed ad officium referendum eſt, ut Moſes à Deo erat uocatus & miſſus: ita & Chriſtus. Moſes non ſua uerba, ſed Dei adferebat, ita & Chriſtus. Moſes redemptor & dux populi erat, ex Aegypto egredientis: ita & Chriſtus redemptor eſt & dux uitæ, qui ſcilicet nos redemit, á Satana, peccato & morte æterna. Moſes mediator erat inter Deum & populum Iudaicum: ita & Chriſtus unicus, ſolus & uerus Mediator eſt, qui nos Deo reconciliauit. 1. Timoth: 1.

Hic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Hic igitur Propheta Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt, uerus Dei filius, benedictus in ſecula. Amen.

Propheta autem) Præcipitur ne exaudiantur Pſeudoprophetę, et additur ſignum ſi nō eueniat quod prędixerint. Sed hic propheta differt ab eo, de quo Moſes ſupra, cap: 13. dixit, quod uerax propheta ſit teſtis de doctrina primis patrib. tradita, et habeat uera miracula. Ille uero de quo ſupra, ueram doctrinā impugnare ſtudeat, cui neſacienti quidem miracula credendum eſt, Exemplum, hodie non eſt credendum Papiſtis etiamſi ſigna et prodigia fiunt, apud eos in locis, quæ ſancta uocantur, quia ueram Chriſti doctrinam impugnant, & in traditiones humanas transformant.

SCHOLIA IN XIX. CAPVT.

Hoc 19. caput partim eſt appendix rerum, quæ ad declarationem primæ tabulæ pertinent, partim eſt tranſitio ad declarationem ſecundæ tabulæ, quaſi Paraſceue eo-

rum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

rum, quæ ſequuntur in 20. capite,& deinceps,uſq; ad 31. caput. Primum enim repetitur præceptum de ciuitatibus refugij ut ſupra Num: 35, Patet autem ibi, urbes refugij fuiſſe poſſeſſiones Leuitarum, Ideo hic in fine declarationis tertij præcepti de eis agit,& obiter inter homicidium uoluntarium & inuoluntarium diſcrimen ponit. Deinde tranſit ad ſecundam Tabulam,et quintum,ſeptimum & octauum præceptũ breuiter uſq; ad finem capitis declarat.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, hoc præceptum de aſylis ex Iudaiſmo tranſlatum eſſe in papiſmum,ut eſſent aſyla, iam non ciuitates,ſed Monaſteria, non tantum homicidarum,ſed etiam omnium facinoroſorum hominum, quæ cacozilia magnam hominibus ſceleratis licentiam malefaciendi præbuit,hodie pereunt potentiæ Romani pontificis inclinatione & ruina cum Monaſterijs ipſis etiam hæc ſceleratorum hominum aſyla ſeu ſeditioſæ contra Magiſtratum, facinoroſorum defenſiones.

Loci præcipui ſunt.

1. De ciuitatibus refugij.
2. De uoluntario & inuoluntario homicidio.

3. De æqui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

3. De æquitate & iuſticia ſeruandis.
4. De uero & falſo teſtimonijs.
5. De lege talionis.

Cum diſperdi:) Locus de ciuitatibus refugij, de quo uide Nu: 35. Deut: 4. Ioſ. 20.

Qui percuſſe:) Locus de inuoluntario homicidio,

Si quis autem odio) Locus de uoluntario homicidio, quod omnino puniendum eſt á Magiſtratu.

Non transferes ter:) Locus de iuſticia ſeruanda in diſtinctione dominiorum, quod præceptum ad ſeptimum caput referatur.

Non ſtabit teſtis Locus de uero & falſo teſtimonijs, qui concernit octauum præceptum.

Non miſerebe:) Repetitur lex talionis, de qua Exod: 21. Leuit: 24. Matth: 5.

SCHOLIA IN XX. CAPVT.

Sequitur tertia pars, huius libri, quæ concernit proprie caritatem & continet declarationem ſecundæ tabulæ decalogi, ſed magis confuſam & commixtam, propter crebriores repetitiones, quã fuit declaratio primę tabulæ, Nam hic non ſeruatur ſecun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

dæ tabulæ continuus ordo, ſed alias aliud præceptum repetit, aliquoties uarijs modis ea declarando, Admoneamus itaque nos inuicem de ſingulis præceptis, quæ attingit, quomodo declarentur, & quænam ſit doctrina Chriſtiana ſecundæ tabulæ decalogi. Porro caput hoc uigeſimum ad quartum decalogi præceptum, ut maximè pertinere uidetur. Traduntur enim hoc capite ea quæ ad bellum gerendum pertinent, Hæc autem cum ad Magiſtratum propriè ſpectent, admonet Moſes populum de obedientia, Deo & Magiſtratui præſtanda, ſeorſum in re bellica, nempe qui ad bellum procedere debeant, quod ſit ius belli in expugnandis urbibus, quibuſq; rationibus bella ſint gerenda á populo Dei, quæ deniq; ſint bellandi cauſſæ.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt iuſta bella non eſſe Chriſtianis prohibita. Proprium enim officium ipſius Magiſtratus eſt defendere ſuos ſubditos ab omni hoſtili incurſione, uimq; iniuſtam iuſta ui repellere. Chriſtiani ſunt ex mandato Dei, certis Magiſtratibus, in hoc mundo ſubiecti, quibus dant etiam tributum, ſicut & ipſe Chriſtus tributum dedit, & Cæſari quæ Cęſaris ſunt dari mãdauit, Ergo poſtulat æqui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tas et iuſticia, ut à ſuo Magiſtratu contra hoſtes, latrones, graſſatores & uiolentos tyrannos, Chriſtiani defendãtur, alioqui quantũ ad ſingulos attinet Chriſtianos & ad uitam priuatã iubentur omnia aduerſa patienter ferre, bonumq́ pro malo reddere, Roma: 12. Matth: 5.

Loci præcipui ſunt.

1. De officio Magiſtratus.
2. De re bellica.
3. De militibus.
4. De confidentia, non in armis ſed in Deo ponenda.
5. Si Deus pro nobis, quis contra nos?
6. De uictoria à Deo petenda.
7. De litanijs etiam pro re bellica cantandis.
8. Deus ſaluat tam in paucis quam in multis.
9. De formidoloſis domum à bello relegandis.
10. De pace hoſtibus offerenda.
11. De machinis ac inſtrumentis bellicis apparandis.

Si exieris ad bellum) Hactenus Eccleſiaſtica præcepta, ſequuntur nunc politica, & primum ea, quæ rem bellicam approbant & confirmant, ubi ſeorſum obſeruandum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

eſt,quod Deus pollicetur ſe ducem piorum futurum aduerſus hoſtes,quanquam abundantes multitudine militum. Ideo non eſſe timendum in bello,ſed fortiter progrediendum ac reſiſtendum etiamſi uideantur ſtricti gladij, arcus extenti, ſtrenui equites, & magnus equitatus, innumerabiles cohortes militum, Ponenda eſt fiducia in Domino, & non in equis. Si Deus pro nobis &c. Hi in curribus &c.

Appropinquante autem) Et hoc animaduertendum eſt,quod ſacerdotes iubentur confirmare pugnantium animos uerbo Dei. Ibi enim fallax equus eſt ad pugnandum, ubi Deus ipſe ſuo uerbo non eſt præſens,fœlix autem militia,ubi Deus dux eſt exercitus, & milites obtemperantes huic duci ſunt,Infœlix milicia quæ ſine hoc duce geritur.

Dices quoq;) Docetur hoc loco, qui immunes à militia eſſe debeant, & qui milites aſciſcendi ſunt,& enumerantur ordine quatuor genera,ut ædificator nouæ domus plantator uineæ,deſponſator uxoris & formidoloſus. Horum enim corda propter domeſticas occupationes & puſillanimitatem à bellando retrahuntur. Deficiente autem corde per timorem deſtituuntur ab actibus

actibus ſuis membra exteriora, lege de for-
midoloſis hiſtoriam Gedeonis Iud: 7.

Si quando acceſſeris) Generale præ-
ceptum, in expugnandis urbibus & occu-
pandis regionibus, ne omnia uaſtentur.

De his autem ciui:) Speciale præce-
ptum de quibuſdam oppidis & gentibus
prorſus euertendis, quibus nulla pax offer-
retur, nempe Cananæis & Amorræis, in
quorum terra erant habitaturi.

Quando obſederis ciui:) Præceptum
ut parcatur arboribus pomiferis, uineis
& ſimilibus rebus naſcentibus, in huiuſmo-
di enim non ſeuiendum ut in hoſtes, Nam
non poſſunt fugere nec reſiſtere, nec fructus
ſuos cuique denegare.

SCHOLIA IN XXI. CAPVT.

Pergit Moſes in quarto decalogi man-
dato, iura politica recitare, Magiſtratumq;
in ſecunda Tabula, ſeu in præceptis cari-
tatis erga proximum informare, quomo-
do uidelicet ſe gerant in hoc aut illo caſu,
Præuaricatores & transgreſſores manda-
torum Dei puniendo. Nam officium ipſi-
us Magiſtratus eſt, tueri bonos & innocen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tes, punire uerõ ſontes & malos, Hic primum præcipitur, quomodo humanus ſanguis effuſus cum ignoratur autor cædis, ſit expiandus. Deinde Ius captiuæ mulieris ducendæ in uxorem, pariter & ius primogeniti proponitur & ſtatuitur pœna ſatis grauis in filios inobedientes.

Poſtremo diſponitur de ijs qui propter peccatum affixi ſunt cruci, quæ omnia ad Magiſtratum pertinent curanda, iudicanda, punienda, diſponenda &c. ut ſumma capitis hæc ſit expiatio hominis mortui, cuius ignoratur occiſor, quomodo ducenda captiua, Ius primogenituræ, pœna filij inobedientis & facinoroſorum è patibulo depoſitio.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, quod quemadmodum omnia decalogi præcepta pendent ex primo præcepto, quia Magiſtratus officium eſt unicuique quod ſuum eſt, quod æquum & iuſtum eſt, iuxta leges & mandata Dei diſponere, pacemque publicam, coniugia, rerum proprietatem &c. defendere & conſeruare exemplum. Ingens peccatum eſt fundere humanum ſanguinem, & præuaricatio quinti præcepti. Nihilominus pœna huius peccati refertur

ad quar-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ad quartum præceptum, iuxta illud. Quiſquis fuderit ſanguinem hominis, fundetur ſanguis eius per hominem, id eſt, Magiſtratum. Sic de reliquis, Nam Deus uel per ſe uel per Magiſtratum delicta punire decreuit.

Loci præcipui ſunt.

1. De homicidio expiando.
2. De iure belli, & de captiuis.
3. De polygamia.
4. De pœna inobedientiæ erga parentes.
5. De maledictione Dei.

Quando inuentum fue:) Locus de homicidio expiando. Traditur enim lex & ceremonia quædam ſingularis, qua humanus ſanguis, cum ignoratur homicidij autor ſit expiandus, ad deterrendos homines ab homicidio, quod ingens peccatum eſt, & ſanguinis effuſione uiciſſim puniendum. Porro non diſſimiles leges in hoc regno Daniæ de exquirendis homicidis, ab ijs qui homini interfecto proximè habitant, inſtitutæ ſunt &c. Si enim inuento cadauere homicida neſcitur, eorum eſt qui in propinquo cohabitant, per omnes circumſtantias in inquirendo homicida diligentiam ſuã adhibere donec inueniatur & ultimo ſuppli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cio tandem afficiatur,præterea non eſt huic legi diſſimile,de tangendo cadauere,ſi iuſto Dei iudicio,corpus interfectum & exangue contra naturam emittat ſanguinem, prȩſente cædis autore, qui mox comprehendatur.

Si egreſſus fue:) Locus de iure belli, deque ritu ducendi captiuam mulierem in uxorem.

Si habuerit homo) Locus de iure primogeniti de quo uide Gene: 25. Deinde de Polygamia,de qua uide Gen: 4. & 29.

Si genu: homo) Locus de pœna inobedientiæ erga parentes. Statuitur enim grauis pœna in filios inobedientes, cum hodie ſatis impune filij ſint contumaces & proterui erga ſuos parentes, donec tandem inciderint in manus Magiſtratus, & ā carnifice fuerint puniti.

Quando pecca:) Locus de maledictione Dei, deque deponendis, qui propter peccatum affixi ſunt cruci. Tecte autem hic ſignificatur Chriſtus, qui affixus cruci factus eſt pro nobis maledictum ad Galatas 3.

Schol: (Quatuor genera pœnarum. 1.Strangulatio. 2. Obtruncatio. 3. Lapidatio & 4. Crucifixio.)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXII. CAPVT.

Inſtruit Moſes conſequenter in hoc capite tam Magiſtratum quam populum, partim in quinto partim in ſexto decalogi mandato, Primum enim traduntur uariæ politicæ ordinationes, quæ omnes pertinent ad præceptum caritatis nempe, ad quintum, Non occides. iuxta illud Ambroſij, Si non pauiſti, occidiſti. Et 1. Ioan: 3. Qui clauſerit uiſcera ſua &c. Item Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Deinde ſubijciuntur aliæ ordinationes uſque ad finem capitis, quæ pertinent ad ſextum præceptum & coniugalem conſuetudinem, pietatem & honeſtatem confirmant & defendunt, ut hæc ſit ſumma capitis. Res proximi ſeruanda, ueſtes iuxta cuiuſque ſexum non mutandæ. Res diuerſorum generum non miſcendæ, pœna accuſantis uxorem iniuſte, pœna adulterij & corruptæ uirginis.

Diuidatur hoc caput in duas partes, iuxta duo præcepta decalogi quintum uidelicet & ſextum, quæ hic declarantur. Prior enim pars capitis in quinto, Poſterior in ſexto præcepto, politicas ordinationes continet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

1. De dilectione proximi.
2. Quod tibi uis fieri, alteri facies.
3. Caritas non quærit, quæ ſua ſunt.
4. De honeſtate publica ſeruanda.
5. De moderato uſu creaturarum.
6. De occaſione homicidij tollenda.
7. De uirginitate.
8. De iuſta & iuiuſta criminatione.
9. De pœna adulterij.
10. De ſtupro.
11. De inceſto.

Non uidebis bo:) Prima pars capitis quæ concernit quintum præceptum, Exemplum enim caritatis eſt erga proximum. Ponunt autem interdum Hebræi exemplum pro regula ſeu lege. Porro quæ hic de boue aut oue errante præcipiuntur, generaliter intelligenda ſunt, iuxta hoc præceptum, Quid tibi uis fieri, alteri feceris, ut ſtudeamus proximi res conſeruare, ſicut noſtras à proximo noſtro uelimus eſſe conſeruatas. Præterea debemus hic obſeruare Deum ſollicitum eſſe pro iumentis, beſtijs & alijs creaturis (ut infra de auiculis) propter ipſos homines, ſicut omnia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

omnia creauit propter hominem. Et ſicut homo patitur miſeriam et calamitatem propter peccatum, ita reliquæ Dei creaturæ, ſicut Paulus Roman: 8. teſtatur, homini compatiuntur, & congemiſcunt. Ad beneuolentiam igitur & caritatem erga proximum pertinet etiam iumenta proximi ſeruare.

Non induetur muli:) Locus de honeſtate publica ſeruanda, præſertim in quotidiana hominum ſocietate. Prohibentur hic arma uirorum mulieribus & ueſtes mulierum uiris, non ut neceſſitati regula præſcribatur, ſed ut publica honeſtas & ordo perſonarum & officiorum ſeruetur, quo ordine perturbato nihil recte geritur in politicis ordinationibus, & cum Deus humanæ ſocietatis harmonia delectetur, abominabile ducit, quicquid contra eam peccatur. Inhoneſtum eſt mulierem armatam incedere, uirumque fractum & effœminatum induere ueſtes mulieris &c. Veſtes enim affectus hominum & uel grauitatem uel leuitatem indicant.

Si ambula: per ui:) Locus de moderato uſu creaturarum, pariter & de ſpecierum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cierum conſeruatione, Cum enim tam oua quam pulli, creaturæ Dei ſint, in uſum hominum deſtinatæ, matrem eis incubantem uult dimitti ſaltem ut iterum pariat & ſpecies conſeruetur.

Cum ædifica:) Locus de occaſione maleſaciendi tollenda, Sicut enim occaſiones omnium aliorum peccatorum & uiciorum perpetuo uitandæ ſunt, ita etiam occaſio homicidij tollenda eſt.

Porro tecta Paleſtinorum plana ſunt inſtar platearum, quare neceſſario cancelli ſeu muri circumducantur, ut caſum prohibeant.

Non ſeres uineam) Hæc tria præcepta, quæ ſequuntur, Hebraica phraſi uolunt omnem inæqualitatem tollendam eſſe, uide Leuit: 19.

Si duxerit uir) Altera pars capitis, quæ concernit ſextum præceptum. Locus enim hic eſt de uirginitate male defamata & quæ ſit pœna eius, qui falſo traducit uxorem tanquam ſit corrupta. Porro quæ fuerint hæc ſigna aut qualia in nuptijs obſeruata & ſeruata more gentis nunc ignoratur.

Quod ſi uerum eſt) Antitheſis loci ſuperioris,

perioris, uidelicet de uirginitate uerè defamata, & quæ pœna ſtatuenda ſit in eam, quæ in domo parentum eſt uiciata.

Si dormierit uir) Sequuntur alia præcepta de coitibus illicitis, à Magiſtratu puniendis. Statuitur capitalis pœna in adulteros, eadem pœna ſtatuitur in uiolatores ſponſæ. Nec tamen puniatur illa, quæ in agro fuerit uiciata.

SCHOLIA IN XXIII. CAPVT.

Pergit Moſes in declaratione ſexti præcepti, propter honorem coniugij, Deinde miſcellanea quædam præcepta repetit, quarum maior pars ad ſeptimum præceptum pertinet, ordine præceptorum in hac declaratione, qualitercunq; obſeruato.

Diuidatur & hoc caput in duas partes, iuxta duo præcepta, uidelicet ſextum & ſeptimum. Prior enim pars continet præcepta pudiciciæ, mundiciei & modeſtiæ. Poſterior uero præcepta uaria, ad externam uitæ innocentiam pertinentia.

Loci præcipui ſunt.

1. De honeſtate coniugij ſeruanda.

De impe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

2. De impedimētis coniugij re mouēdis.
3. De ſpurcis & illegitimè natis.
4. De ratione pugnandi aduerſus hoſtes.
5. De pudicicia ſeruanda.
6. De diſciplina morum et decoro ſeruando.
7. De ſeruo fugitiuo. { Exemplum Oneſimus.
8. De uſura non exercenda.
9. De uoto reddendo.
10. De ratione communionis rerum habenda &c.
11. De neceſſitate.

Exemplu m de Vria & pœnis Dauidis apud Abimelech ſacer:

Non intrabit Eunu:) Prima pars capitis de honeſtate coniugij ſeruanda in ſexto præcepto. Indicat.n.qui excludendi ſint ā gubernatione Eccleſiæ.Porro intrare ſeu ingredi Eccleſiam Dei ſignificat habere gubernationem in populo Dei,& habere ius ducendi Iſraelitidem,De lege enim & fide,nulla fit mentio, quaſi dicat, Virgines Iſraelitæ non nubent impotentibus,ut uocant, id eſt,ineptis ad generandum de Eunuchis uide diſtinctionem , quam Chriſtus ipſe ponit Matthæi 19.

Mantzer hoc eſt) Alterum genus hominum,qui cum coniugij contumelia uerſantur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſantur inter homines,quibus etiam interdicitur functio publica, ne coniugium propter eos male audiat. Imo nec hodie facilē feruntur tales, ne in artificijs quidem, nedum in Magiſtratu uel Eccleſiaſtico uel politico, quia tales non ſurgunt in iudicio, hoc eſt, admiſſi non diu perſiſtunt in Magiſtratu, deſignantes aliquid mali,uide Sapient: tertio in fine capitis,quid illic de Spurijs habetur. *Iephte autē fuit Spurius, interim Deo dilectus.*

Ammonites & Moab:) Locus de pœna ingratitudinis, uide hiſtoriam Nume: 13. & 22.

Non abomina:) Locus de gratitudine erga benefactores.

Quando egreſſus fue:) Breuibus oſtenditur, quomodo pugnandum ſit aduerſus hoſtes abſtinendum eſſe ab omnibus malis, cum eundum in aciem erit, uide hiſtoriam Vriæ 2.Samuelis 11.Et Dauidis apud Abimelech ſacerdotem 1. Samuelis 21.

Si fuerit inter uos)Traduntur hic præcepta pudiciciæ,mundiciei & modeſtiæ, Vult .n Deus ſuū populū etiam externam illam diſciplinam morum & decorum ſeruare.

Non trades) Altera pars capitis,in qua traduntur uaria præcepta, ad externam uitæ innocentiam pertinentia, ne ſint ſcortatores,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tatores,in populo Dei,ne exerceatur fœnus ne uota negligantur &c.

Non trades) Præceptum de ſeruanda uita ſeruorum contra crudeles Dominos, ne Tyrannizent in miſeros,quibus licet fuga ſibi conſulere, donec uel eis reconciliati fuerint exemplo Oneſimi uel liberi diſcedant.

Non erit meretrix) Præceptum de ſcortatione tollenda,ſicut & Paulus ait, Ne nominetur inter uos &c.

Non offeres merce:) Præceptum quo prohibetur ne quis ex impio quæſtu Deum colat, ut eſt merces meretricis & precium canis. Sed unde quæſo Deum colunt in toto Papatu,niſi ex mercede iniquitatis, ſicut & Micheas inquit, cap: 1. Sculptilia eius contundentur,& omnes mercedes eius igne exurentur & omnia Idola eius uaſtabo, quoniam de mercede ſcorti collegit,ad mercedem ergo ſcorti redigentur.

Non fœnerabis) Præceptum quo prohibetur Vſura populo Dei, Arguit mores eorum, quod non contenti fuerunt gentibus ex promiſſione diuina fœnerare , ſed etiam fratribus ſuis fœnerabant, ut erat, eſtque etiamnum populus iſte unus omnium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

nium longe auariſſimus & uſuræ ſtudioſiſſimus, niſi quod proh dolor, ab ijs qui Chriſtiani eſſe gloriantur hodie paſſim præueniuntur, qui tamen cum ſint fratres omnes, nulli eorum licet alteri fœnerare, uide Tractaculum nuper ā me de uſura editum, donec in manus hominum perueniat etiam liber Lutheri contra uſuram.

Cum uotum uo:) Repetitur præceptum de uoto, de quo uide ſupra Leuit: 27. Nume: 30.

Ingreſſus uineam) Præceptum de ratione utendi rebus proximi in neceſſitate & locus de mutua beneuolentia præſtanda.

SCHOLIA IN XXIIII. CAPVT.

Continuat Moſes declarationem præceptorum caritatis in ſecunda Tabula. Suntque miſcellanea præcepta tam in hoc, quàm in ſequenti capite, nempe quæ ſpectant nunc ad quintum, nunc ad ſextum, nunc ad ſeptimum decalogi mandatum, ut ſumma ſit huius capitis permiſſio repudij, indulgentia nuper coniugati. Quomodo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

pignus accipiendum eſt, quod merces non ſit liberatori neganda, quodque reliquiæ frugum pauperibus relinquendæ ſint.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori ſextum mandatum. In altera reliqua præcepta declarantur.

Loci præcipui ſunt.

1. De libello repudij.
2. De priuilegijs coniugij.
3. De pignore.
4. De Plagiarijs.
5. De lepra.
6. De mercede operariorum.
7. De puniendis malis, & defendendis bonis.
8. De uiduis & pupillis.
9. De pauperibus iuuandis.

Si acceperit ho:) Prima pars capitis & locus de lege libelli repudij, qui uocatur apud Hebræos libellus excidij ſeu exterminij, propterea quod non relinquitur, uiro facultas mulierem poſthac adeundi. Sed Chriſtus in Euangelio Matthæi quinto et decimo nono. Marci decimo libellũ repudij reſtrinxit, & cõcedit innocẽti perſonæ dimittere adulterã, uel diſcedere ab adultero Reprehẽditur autem duricies populi Iudaici,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

daici,quod fuerit populus intractabilis,qua re etiã dedit eis præcepta non bona. Forma hæc libelli repudij, ſignata eſt apud Rabinos, Anno,die &c. Ego Iacob &c.uolui ex animo,atque citra ullam coactionem dimiſi & eieci hanc, quæ hactenus, fuit uxor mea filia illius Rabbi &c. & concedo ei licentiam & poteſtatem, ut pro libito ſuo uadat, quo uoluerit, ducique poſſit ab omni uiro, nec eam quiſquam prohibere præſumat,in cuius rei teſtimonium dedi ei libellum repudij & ſchedam dimiſſionis atque ſignaculum diuortij iuxta conſtitutionem Moſi & Iſraelis.

Cum acceperit homo) Locus de priuilegijs matrimonij. Conſtituitur enim coniugibus immunitas primi anni, & hoc in honorem matrimonij & procreandæ ſobolis.

Non accipies lo:) Altera pars capitis, locus de pignore accipiendo. Traditur enim generale præceptum ne pignoris loco quicquam accipiatur ,unde proximus uictum habet, ut ſunt lapides molares.

Si deprehenſus) Locus de plagiarijs de quibus uide Exodi 21, & 1, Timoth: 1. pœ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

na capitalis conſtituitur in plagiarium hoc eſt in eum, qui lucri gratia furatur homines quoque, quos abducit, ut uel rediman-tur, uel in ergaſtula ad laborandum den-tur.

Obſerua dili:) Locus de lepra cuius co-gnitio ſacerdotum erat, & de contumacia fugientium iudicia Sacerdotum.

Cum repetis) Quæ debeat eſſe ratio mutui, contra uim & uiolentiam quæ pu-gnat cum caritate et beneuolentia erga pro-ximum, dare mutuo eſt opus caritatis, ergo procul abeſſe debet proximi coarctatio & oppreſſio &c.

Non negabis mercedem) Præceptum æquitatis & iuſticiæ in ſeptimo mandato, uidelicet debitam mercedem dandam eſ-ſe mercenarijs, ne clament ad Deum pro uindicta, ſicut ſanguis Abelis clamauit è terra.

Non occidentur patres) Aliud politi-cum præceptum de puniendis malis et con-ſeruandis bonis, uide Ezech: 18.

Non peruertes Iud:) Sequuntur alia po-litica præcepta de iuuandis pupillis, uiduis, peregrinis & pauperibus, uide ſupra cap: 15. Non deerunt pauperes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXV. CAPVT.

Pergit declarare ſecundam tabulam in præceptis caritatis & iuſticiæ erga proximum, additis pœnis delinquentiũ, iuxta modum delicti, ſicut hic ſtatim initio capitis traditur lex flagellandi, Deinde lex ſuſcitandi ſemen fraternum cum ſua ignominioſa pœna, ſi contemnitur. Mox de ponderis & menſurę æqualitate, cum alijs politicis præceptis, quæ hic ordine traduntur.

Pro diuiſione capitis obſeruandi ſunt loci Paulini, qui citantur ex hoc capite, ut 2. Corinth: 11. à Iudæis quinquies quadragenas, una minus accepi: Et 1. Corint: 9. Item primo Timotheo. Non alligabis os boui trituranti, quod prouerbiale dictum ad miniſtros uerbi Paulus accommodat, cum inquit, Nunquid de bobus cura eſt Deo? Nonne propter nos hæc dicit? &c. Vult enim ali miniſtros uerbi.

Loci præcipui ſunt.

1. De pœnis delinquentium.
2. De ſollicitudine diuina pro beſtijs.
3. De procreatione prolis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. De pœna inuerecundię.
5. De iuſticia in contractibus ſeruanda.
6. De ponderibus & æqualitate ſeruanda.
7. De Non defraudando proximo.

Si fuerit cauſſa) de pœna eorum, qui non ſunt ultimo ſupplicio afficiendi, nec pecunia mulctandi, uidelicet quod proſternerentur proni in terram & certo plagarum numero flagellarentur 2. Corinth: 11. Porro cauſſa certi numeri plagarum fuit, ne proximus ignominia & infamia notaretur, aut ne ſubito moreretur, cum tantum flagicium ut morte dignum eſſet, non commiſiſſet.

Non ligabis os) Locus de ſollicitudine Dei pro iumentis, unde maior erga homines eſſe declaratur. Porro ſententiam huius præcepti Paulus exponit 1. Corinth: 9. Neque enim propter boues, ſed propter miniſtros uerbi Dei, hæc ſcripta ſunt. Vult enim Deus ali miniſtros uerbi. Mundus uero uult eos eſurire & perire.

Quando habita:) Præceptum de fraterno ſemine ſuſcitando, uidelicet quod frater ſuccedat fratri defuncto. Porro magna

gna fuit cõmendatio coniugij propter promiſſum ſemen Chriſti,eo quod ex hoc populo naſciturus erat: ita & hic præcipitur ut defuncti fratris uxorem ſuperſtes frater ducat, ſic Ioſeph ſponſus uirginis Mariæ habuit duos patres. Primo Iacob,patrem ſecundum carnem. Deinde Heli, patrem ſecundum legem Matth: 1. Lucæ 3.

Sin autem noluerit) Sequitur pœna transgreſſionis huius præcepti, ſatis ignominioſa, cum perpetuo nomine infami & erubeſcendo.

Si habue: inter) Locus de pœna inuerecundiæ, qua ſeorſum concernit muliebrem ſexum, quia loquitur de muliere inuerecunda,quæ uiri alicuius pudenda apprehenderit.

Non habebi in ſac:) Traditur generale præceptum, ut in omnibus contractibus ſeruetur ius & æqualitas, ne quem fraudemus.

Memento quæ fece:) Præceptum de delendis & perdendis Amalechitis, qui populum Dei afflixerunt, Vide hiſtoriam Exodi 17.ubi Amalechitæ etiam orando uincuntur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

SCHOLIA IN XXVI. CAPVT.

Abſoluta declaratione mandatorum ſecundæ tabulæ, quantum ad politica præcepta, quæ caritatem & iuſticiam concernunt, attinet. Sequitur Epilogus ſeu concluſio declarationis totius decalogi per quinque ſequentia capita, quæ continent in genere benedictiones & maledictiones, additas decalogi, uel factoribus, uel transgreſſoribus, adeoque diuini pacti repetitionem & diuinam per Moſen proteſtationem, de exhibenda miſericordia, ſi multi pœnitentiam egerint.

Porro duo præcipiuntur in hoc capite, quæ ſunt hic obſeruanda. Primum de primicijs omnium frugum. Deinde de decimis offerendis Sacerdotibus & Leuitis miniſtris Dei.

Diuidatur hoc caput in duas partes. In priori de primicijs. In altera de decimis agitur.

Loci præcipui ſunt.

1. De Primicijs frugum Deo offerendis
2. De decimis inter egenos diſtribuendis
3. De ſuſtentatione miniſtrorum uerbi.

De cura

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. De cura pauperum.
5. De gratitudine erga beneficia Dei.
6. De iuſticia bonæ conſcientiæ.
7. De electione & promiſſionibus.

Cumque intraue:) Prior pars capitis de primicijs terræ Deo offerendis. Vult enim Deus agnoſci hæc corporalia dona ã ſe data, & ideo ſibi gratias agi. Nam uult per hæc ali & ſuſtentari miniſtros uerbi, quibus cum hæc offeruntur, ipſi Deo oblata ſunt, iuxta illud. Quodcunque feceritis uni ex minimis his, mihi feceritis. Et Matthæi decimo. Quicunque poculum aquæ frigidæ dederit in nomine diſcipuli, Amen dico uobis non perdet mercedem ſuam.

Syrus ſequeba:) Formula uerborum concepta, quæ in offerendis primicijs pronuncianda ſunt.

Quando compleue:) Altera pars capitis de decimis tertij anni, quæ omnes in quatuor diſtribuerent, ut prima pars cederet Leuitis, Secunda aduenis, Tertia Pupillis, Quarta uiduis, cuius præcepti imitationem adhuc paſſim obſeruant pij in iuuandis pauperibus. Non enim diſſimile eſt illud, quod uulgo Kaarſſebyrd uocatur hoc eſt, comportatio frumenti, pecuniarum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

caſeorum &c. ut inter ægrotos & pauperes diſtribuantur.

Attuli quod ſanct:) Formula uerborum concepta, quæ in offerendis decimis pronuncianda ſunt, uide ſimilem orationem Eſa: 63.

Hodie Dominus Deus) Repetitio loci de fœdere ſeu pacto diuino, deq; electione populi Dei, uide ſupra Exod: 19. & 20. Eſtque ſtipulatio legalis & cum conditione, promittis promitto, hoc eſt, cum tu promittas te fore Deũ noſtrum, nos uiciſſim promittimus nos fore populum tuum, idque fœdere perpetuo. Sed hic opus eſt ἐπιείκεια Euangelij, propterea quia nos legis pactum non ſeruamus.

SCHOLIA IN XXVII. CAPVT.

Duo præcipiũtur & hoc capite, Primum ut extruatur altare in memoriam beneficiorum Dei. Deinde præcipiuntur uariæ maledictiones contra certa peccata, quæ hic ordine recenſentur, ut ſumma capitis hæc ſit, altare, uidelicet transmiſſo Iordane, extruendum. Benedictiones in monte Grizim & maledictiones in monte Ebal, quibus & præmijs

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

præmijs & pœnis populus ad obſeruatio-
nem legis aſtringitur.

Pro diuiſione capitis obſeruandum eſt, omnes eos, qui credunt in Chriſtum filium Dei liberatos eſſe ab his maledictionibus legis propter ipſum Chriſtum, Is enim inquit Paulus Galat: 3. redemit nos à maledictione legis, factus pro nobis maledictum Et capite 4. Factus ſub legem, ut eos, qui ſub lege erant redimeret. Sed hæc libertas non detur in occaſionem carni. Galat: 5. Ne abutantur, qui credunt in Chriſtum, ad ſuas cupiditates & ad maiorem peccandi licentiam. Hoc enim eſt perturbare ſpiritum ſanctum & in uanum accepiſſe gratiam 2. Corinth: 6. Et ita accedit tandem, ut relicta fide & excuſſo ſpiritu ſancto, fiant omnibus his maledictionibus obnoxij, nec non à Deo reiecti.

Loci precipui ſunt.

1. De ceremonijs legalibus.
2. De ira & miſericordia Dei.
3. De benedictionibus & maledictionibus.
4. De peccatis & flagicijs.

Præcepit autem) Præceptum de extruendo altari in memoriam beneficiorum dei, ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſed hoc in loco diligenter obſeruandum eſt, non probandas eſſe aras,& miſſarum ſacrificia, quæ eſt κακοζηλία, ſeu mala imitatio, ad huius præcepti imitationem in Papatu,inſtituta ſunt. Eſt enim magnum diſcrimen, Nam in ueteri Teſtamento hoc præceptum erat, at in nouo Teſtamento, nullum de hoc extat præceptum habemus unum altare & unam uictimam filium dei, pro nobis oblatum Deo patri,de quo Heb. 13. cap: & ſciendum eſt, nihil niſi diuinitus præceptum Deo placere.

Præcepitque Moſes) Repetitio præcepti de benedictionibus & maledictionibus legis,de quo præcepto uide ſupra capite 11. nec caret myſterio, quod benedictiones præcipiuntur ijs tribubus, quæ prouenerunt ex liberis uxorib.Iacob id eſt,ex Lea & Rachel natis, maledictiones uero tribubus, quæ prouenerunt ex ancillis Silpa & Bilha, Quia Deus pro ſua miſericordia magis inclinatus eſt ad benedicendum quàm ad maledicendum.

Maledictus homo) Sequitur maledictio pronuncianda ijs, qui his uicijs & flagicijs,quæ hic ordine recenſentur, contaminari ſe permittunt. Sunt autem tredecim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

huius maledictionis membra, quæ ordine ſe inuicem uſq; ad finem capitis ſequuntur.

SCHOLIA IN XXVIII. CAPVT.

Pergit Moſes conſequenter in benedictionibus & maledictionibus legis,& repetit hic finaliter in concluſione promiſſiones & comminationes additas præceptis Dei, uel obſeruatis uel contemptis. Prædicit enim benedictiones & ingentia beneficia ſeruantibus mandata Dei. Deinde econtrario horrendas maledictiones & pœnas, ea transgredientibus ut uel ſic populum ad legis obſeruationem,ex una parte, ſpe pręmij conſequendi,ex altera parte metu ſuppliciorum, incitare poſſit.

Diuidatur hoc caput, longiſſimum in tres partes,quarum prima continet benedictiones, Secunda maledictiones & Tertia comminationes grauiſſimas & horrendiſſimas, quarum executionem & effectum hiſtoriæ. Deinde & in ueteri & in nouo Teſtamento demonſtrant,donec totus hic populus propter incredulitatem ac inobedientiam deletus eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

1. De benedictione hoc eſt fœlicitate & proſperitate corporis, animi, fortunæ.
2. De maledictione ſeu execratione, id eſt, calamitate & miſeria.
3. De promiſſionibus & comminationibus.
4. De pœnis impietatis ſeu neglecti uerbi Dei.
5. Quod peccatum ſit omnium malorum cauſſa.
6. De pœnis corporalibus & ſpiritualibus.

Si autem audie:) Prima pars capitis de benedictionibus, quibus ad obſeruationem incitetur ac impellatur, & amplificatio promiſſionis huius faciens miſericordiam in multa millia. Porro benedictiones hæ quæ decem membris conſiſtunt ex Theſauro Dei proueniunt, ut fœcunditas terræ, gratia, fauor &c.

Quod ſi audire) Secunda pars capitis de maledictionibus & amplificatio comminationis. Ego uiſitabo iniquitatem patrum in filios &c. ubi diligenter obſeruandum eſt & imis affectibus reponendum, quàm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

quãm horrendum ſit eſſe ſub lege & habere malam conſcientiam in peccatis. Et econtra quãm ſit ſalutare confugere ad filium Dei bonamque in fide & obedientia Dei conſcientiam habere.

Niſi cuſtodie.) Tertia pars capitis de comminationibus horrendis etiam poſt omnes maledictiones enumeratas, ut uel ſic tandem ad timorem Dei populus perterrefactus, impellatur, Quæ comminationes durabunt ad extremum diem in omnes & ſuper omnes, qui ſine fide uiuentes nullam uerbo Dei obedientiam præſtant.

SCHOLIA IN XXIX. CAPVT.

Subinde commemorat Moſes in his poſtremis capitibus ingentia & plurima beneficia Dei. Subinde quoque prædicit magnas pœnas, ut ita mentione beneficiorum & pœnarum, ad fidem, timorem & amorem Dei populum exuſcitet, prædicantur autem ea omnia mala, quæ poſtea acciderunt Iudæis contemptoribus & perſecutoribus DEI. Porro, hoc capite renouat ac refricat ſeu repetit fœdus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

& pactum,quod in terra Moab initum erat, pręter illud,quod in monte Horeb pactum fuit.

Pro diuiſione capitis admonemur & nos grauiſſimè quod ſi relicto uerbo, fide perdita,ſpiritu ſancto expulſo, redierimus ad Papatum & priſtinam impietatem, Deus pro ſua iuſticia & nemeſi tradet nos in reprobum ſenſum & in deſideria cordium noſtrorum,ut quemadmodum ebrioſus ſitire non deſinit, ita neque nos credere mendacijs & errores, ſectas, hæreſes & efficacem impoſturam deſiderare non deſinemus,in qua tandem amentia & cæcitate peribimus & damnabimur. Proinde timeamus & terreamur exemplo Iudæorum, qui ſicut hic prædictum eſt, propter contemptum uerbi reiecti perierunt. Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum, uide Roma: 11.

Loci præcipui ſunt.

1. De fœdere ſeu pacto Dei cum ſuo populo.
2. De exhortationibus & admonitionibus,
3. De commemoratione beneficiorum Dei,

4.De excœ-

4. De excœcatione impiorum.
5. De ſpiritu ſancto intus docente.
6. De emendatioue et reſipiſcentia.
7. De hypocritis & de iuſticiarijs.
8. De ſecretis cogitationibus Dei ſuper impios perdendos.

Hæc ſunt uerba) Repetitio fœderis diuini & prioris renouatio, Poſtq̃ omnes illi, qui in Horeb cum Domino fœdus inierant, mortui fuerant. Initio breui narratione repetit beneficia Dei erga Iſraelitas, ut ijs admoniti, cuſtodire mandata Dei ſtudeant ne fiant fœdifragi.

Et non dedit uobis) Locus de gratia ſpiritus ſancti, quæ Dei donum eſt, addita uerbo, ſine quo dono fruſtra uerbum auditur. Eſa: 6. Hinc induratio cordis Pharaonis, hinc duricia Phariſæorum, & hodierno die Papiſtarum. Contemptoribus enim uerbi donum ſpiritus non datur Matthæi 11. Gratias tibi ago pater &c.

Vos ſtatis hodie) Proteſtatio Moſi grauis & ſeria, qua in re præſenti, cum populo Iſrael quaſi expoſtulat de præterita duricia & pertinacia, minaturque transgredientibus hoc fœdus, pœnas & maledictiones Dei horrendas, etiamſi inueniantur, qui contemnant eas & adblandiantur ſibi, di-

 centes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

centes nihil fore periculi, ſi ſuis cupiditatibus indulgere præſumant. Porro Moſes politicum ordinem in recenſendis Iſraelitis egregie ſeruat, cum à principibus ordiatur & per gradus deinde procedat, uſq; ad infimæ ſortis homines, nempe ſectores lignorum & Lixas, ut in textu apparet.

Ne forte ſit inter) Locus de ſecuritate hypocritarum & iuſticiariorum, quales etiam hodie ſunt, qui blaſphemas uoces de inferno, quod ita flammis & cruciatibus abundat, ut fundo careat & facilè euadendi locus pateat. Item de diabolis quod non ſunt tam tetri, ut pinguntur.

Pax erit mihi) Similis locus in Ieremia, dum ſacrificauimus Reginæ cœli bene nobis erat. Et hodie tales uoces apud Papiſtas iactantur, fœliciora fuerunt tempora Papatus &c, Sed tolerabilius erit Sodomæ & Gomorræ, quàm iſtis contemptoribus in extremo die.

Dicetq; ſequens ge:) Exaggeratio, qua certiſſimè & infallibiliter pœnam tantum contemptum ſecuturam eſſe demonſtrat, & hypotipoſi quadam eis ob oculos ponat, indicans qualem reſponſionem habeat poſterorum quæſtio, de deſolatione terræ Ca-

ræ Canaan, nēpe quia reliquerunt pactum Domini. Quæ omnia propter nos etiam ſcripta ſunt 1. Corinth: 10.

Abſcondita à Domino) Locus de ſecretis cogitationibus Dei ſuper impios perdendos cuius hæc eſt ſententia. Quemadmodum Deus non fecit taliter omni nationi, ſicut Iudæis, ita grauius etiam alijs punientur, ſi non uixerint iuxta uoluntatem & præcepta Dei. Idem & hodie & ſemper impij timebunt, quibus in teſtimonium prædicari fecit ſuū Euangelium Matth: 24.

SCHOLIA IN XXX. CAPVT.

Quemadmodum Deus in ira ſua recordatur miſericordiæ ſuæ, iuxta Prophetiam: ita etiam in comminationibus addit ſpem pœnitentiæ & promiſſionem remiſſionis peccatorum, id quod apparet etiam in hoc capite. Moſes enim oſtendit peccantibus eſſe reditum per pœnitentiam ad Dei miſericordiam. Eſt itaque conſolatio Iſraelitarum, quod in gratiam recipiantur, ſi pœniteant.

Porro caput hoc celebre cenſendum eſt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

propter locum Pauli Roma: 10. hinc deſumptum, uidelicet uerbum Dei quærentibus non eſſe remotum ſed propinquum in ore & in corde &c.

Pro diuiſione capitis admirandum eſt, tam conſentientem eſſe doctrinam ueteris & noui Teſtamenti in hoc ipſo articulo, Fide nos ſola iuſtificari, nullis operibus aut meritis noſtris neque ullo cultu externo etiam à Deo præcepto, qualis erat Circumciſio. Nam Moſes hic docet externam Circumciſionem nullam eſſe, niſi Deus ipſe cor circumcidat. Erat autem in externa Circumciſione cultor lapideus, Idem docet S: Paulus Roman: 2. Circumciſio cordis, Circumciſio eſt in ſpiritu non litera, quod Petrus in actis clarius explicat, cum ait, Fide purificans corda. Chriſtus enim petra & cultor eſt, quo corda circumdantur. Deinde Paulus ad Romanos capite 10. totum hunc cultum Moſaicum & opera legis, quæ hic repetit Moſes breuiſſimis uerbis exponit, & omnia refert ad Chriſtum, cum ait capite decimo ad Romanos. Prope eſt uerbum in ore tuo, hoc eſt, uerbum fidei quod prædicamus, quia ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

1. De gratuita miſericordia Dei.
2. De pœnitentia & conuerſione ad Deum.
3. De Circumciſione ſpirituali.
4. De lege Dei audienda & corde eam apprehendenda & facienda.
5. De zelo & ardore commendandi populo uerbum Dei.
6. De obteſtationibus in miniſterio uerbi faciendis.

Cum ergo uene:) Locus de ſpe pœnitentiæ, & promiſſione remiſſionis peccatorum & doctrina noui Teſtamenti contra deſperationem. Chriſtum enim promiſſum ſeu uerum Meſſiam hic Moſes in ſpiritu uidet ac intuetur & infrã de ſpirituali Circumciſione.

Circumcidit Dominus) Locus de ſpirituali Circumciſione. Duplex eſt enim circũciſio, Altera externa & corporalis Abrahæ primum á Deo mandata. Deinde per totum Iudaiſmum continuata (tantum excepto 40. annorum ſpacio in deſerto) poſtremo tandem in morte Chriſti abolita. Hęc fuit ſignaculum iuſticiæ Roman: 4. Altera Circumciſio ſpiritualis Iudæis & gen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tibus conuerſis ad Deum communis, quæ fit in ſpiritu & fide cordis circumciſio ſeu purificatio durans ab initio mundi uidelicet à prima promiſſione de ſemine mulieris benedicto, idque apud omnes electos & credentes tam in ueteri quàm in nouo Teſtamento.

Mandatum hoc) Occupatio, qua diluit cauillationem de ignorantia ſeu excuſationem hanc, ſi ſcirem uerbum Dei, ſi audire poſſem ſi prædicaretur mihi de uoluntate Dei, tum & crederem & confiterer & facerem ea quæ mihi præciperentur, reſpondent Moſes de lege & Diuus Paulus de Euangelio, Iuxta te eſt ſermo &c. Item, An non audierunt? In omnem terram &c. Roman: 10. Porro hic locus & ſequens de propoſitione uitæ & mortis non patrocinantur ſcholaſticis Theologis nec Papiſtis contendentibus pro libero arbitrio pro uiribus humanis pro naturalibus integris, alioqui fruſtra requiritur gratia Dei, fruſtra Chriſtus mortuus eſſet. Et Pelagij hæretici cauſſa iam iuſtificata eſſet. Sed Moſi ſententia hæc eſt. Non eſt quod excuſes, te quaſi non audieris uerbum cum hactenus commiſſum ſit Leuitis & infra capite 33.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Porro committatur eis cura docendi populum Dei,ſicut Malachias 2,inquit, Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam & legem ex ore eius requirent. Habes ergo uerbum in ore tuo,ſcilicet ut confitearis doceas alios & in corde tuo uidelicet, ut credas ex prædicatione Leuitarum, à quibus requiras quæ ad bene uiuendum pertinent, & illi te doceant ſine ulla mora.

Diuus Paulus hunc locum ad cauſſam ſuam accommodauit Romanos decimo. Nam cum proprie hic locus pertineat ad decalogum, transfertur eleganter & erudite à Paulo ad fidem, quæ os requirit ut promulgetur & cor ut corde credatur.Nam hoc caput ad regnum Chriſti pertinere teſtatur conſenſus omnium hebræorum.

Conſidera quæ hod:) Eodem pertinet hæc ſententia, quaſi dicat, Sicut Verbum prope eſt,hoc eſt,abs te auditum:ita & promiſſiones & comminationes tibi propoſitæ ſunt, ne dicas te per ignorantiam peccare contra Dominum aut iniuſte tibi pœnas infligi. ſicut & locus Eccleſiaſt: 15. intelligendus eſt,ut nemo in peccatis habeat excuſationem.

Sin autẽ auerſum) Antitheſis eorũ,quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ab initio capitis promulgata ſunt, quaſi dicat, Sicut miſericordia pœnitentibus promittitur: ita perſeuerantibus in peccatis denegatur.

Teſtes inuoco) Obteſtatio Moſis, qua appellat ad cœlum & terram, ad angelos & homines, quod in docendo, admonendo, promulgando & repetendo legem, animam ſuam liberauerit, ut ſanguis transgredientium mandata Dei, non ab ipſius anima requiratur. Hæc eſt iuſticia bonæ conſcientiæ, quam uides etiam in Samuelis proteſtatione 1. Samuelis 12. Quæ iuſticia magiſtratui & miniſtris uerbi ſemper imitanda eſt, ut apud ſuum populum nihil eorum, quæ in mandatis habent prætermittant.

SCHOLIA IN XXXI. CAPVT.

Abſolutis tribus huius libri partibus in repetitione beneficiorum Dei, necnon in repetitione & declaratione legis additis promiſſionibus & comminationibus, Item benedictionibus & maledictionibus. Sequitur hic quarta pars uſque ad finem libri, quæ continet ea quæ circa Moſi mortem

geſta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

geſta ſunt, Item nouiſſima uerba, uidelicet, conſolationem populi, canticum, benedictionem &c. Porro moriturus Moſes dat primum in hoc capite, præcepta de occupanda promiſſa terra Canaan, & eijciendis habitatoribus atque populum conſolatur, ne propterea puſillanimes fiant in occupanda terra & delendis gentibus, quia uident eum diſponere ſe ad mortem. Deinde in ſuum locum conſtituit ducem, ſeruum ſuum Ioſue, quem confirmat & pollicetur Deum ei in terra Canaan occupanda, adfore. Poſtremo iubet librum Deuteronomij ſingulis ſeptenis annis coram populo legi, ſemperq; interim in arcam reponi & cuſtodiri. Commendat eis inſuper & canticum quod ſequitur per totum 32. caput.

Caput in duas partes diuidatur. In pri-priori Moſes agit cum populo & cum Ioſua. In altera Deus ipſe cum Moſe & cum Ioſue confert de ſalute populi.

Loci præcipui ſunt.

1. De conſolatione.
2. De fiducia erga Deum.
3. De fortitudine contra hoſtes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

4. De Magiſtratu.
5. De libris ſacræ ſcripturæ legendis & audiendis.
6. De ſacris canticis populo Dei commendandis.
7. De ſacra ſcriptura diligenter ad poſteros etiam conſeruanda.
8. De impietate et ſecuritate humani cordis ad peccandum inclinatiſſimi.

Abijt itaq; Moſes) Quarta pars libri,& prior pars huius capitis, de conſolatione, qua Moſes populum conſolatur & ſucceſſorem conſtituit.

Vocauitque Mo:) Locus de Magiſtratu eligendo & confortando per Dei præſentiam. Ita & nos credamus in noſtra uocatione Deum nobis ducem & adiutorem futurum.

Scripſit itaq;) Traditur præceptum,quo tempore lex iterum promulganda & repetenda ſit coram omni populo, nempe in anno remiſſionis, de quo uide ſupra capite quinto & locus communis de libris ſacræ ſcripturæ diligenter legendis & audiendis. Ita Chriſtus iubet nos ſcrutari ſcripturas Ioan: 5. Et Paulus uult Timotheum frequentem & aſſiduum eſſe in lectione ſacræ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

cræ ſcripturæ. Tota enim ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendum &c. Nam niſi uerbo Dei ſuſtentamur, non eſt poſſibile nos poſſe uiuere ſine impietate & ſecuritate, præſertim tempore proſperitatis. Igitur neceſſe eſt aſſiduè meditari in lege domini. Pſal: 1.

Et ait Dominus) Altera pars capitis, ubi Deus ipſe cum Moſe & Ioſue confert de populo duro & proteruo, quomodo in uera pietate conſeruetur.

Nunc itaq;) Datur certum canticum populo Iſrael & omnibus poſteris cantandũ et repetendum quotidie per quod mandati & uoluntatis Dei admoneantur. Item beneficiorum & pœnarum erga obedientes & contemptores.

Poſtquam ergo mandatur ut liber Deuteronomij reponatur in Arca fœderis, ut ſit ibi contra populum in teſtimonium. Sed ne hoc quidem fœliciter ſucceſſit. Nam liber Deuteronomij uidetur fuiſſe perditus & neglectus fere per 700. annos uidelicet à tempore Ioſue uſque ad tempus Ioſiæ Regis 4. Reg: 22.

SCHOLIA IN XXXII. CAPVT.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Hoc carmen Deus ideo dedit populo Iſrael, ut quotidie in ore & corde haberent cum Promiſſiones, tum minas, & recordarentur beneficiorum Dei. Comprehenditur autem hic uniuerſa doctrina ſupra tradita, Quare uocant Hebræi carmen hoc ſummarium legis, quia breui compendio continet ea, quæ copioſius in declaratione legis dicta ſunt.

Diuidatur hoc carmen in tres partes principales. In prima commemorat Moſes beneficia Dei, populum hortatur ad cultum primi præcepti quos ad Idolatriam declinaturos eſſe uaticinatur. In ſecunda prædicit eos per Idolatriam à uerbo Dei defecturos. In tertia prædicit pœnam Idolatriæ ſuper eos uenturam, nempe multas calamitates & omnis generis afflictiones & infortunia. Quæ omnia nobis in exemplum ſcripta ſunt, ut nihil minus in rebus proſperis quàm oſcitantiam & ſecuritatem ſectemur, nihil magis quam orationem continuemus.

Loci præcipui ſunt.

1. De magnificentia Dei.
2. De Creatione mundi.

3. De uno Deo colendo.
4. De diuiſione linguarum & terrarum.
5. De electione populi Iſraelitici.
6. De beneficijs Dei populo in deſerto exhibitis.
7. De lege data.
8. De terra Canaan.
9. De pœnis Idolatriæ.
10. De electione gentium.

Audite cœli) Exordium huius capitis in primis animaduertendum eſt, quo & Eſaias in ſua prophetia utitur. Duos teſtes facit, cœlum & terram ſuper contemptores uerbi. Tanta eſt autoritas uerbi Dei, Deinde prædicat quantus ſit futurus profectus uerbi. Concreſcat ut pluuia &c. iuxta illud, In omnem terram exiuit ſonus eorum.

Date magnificentiam) Propoſitio carminis de uno Deo colendo & magnifaciendo per adhortationem.

Dei perfecta ſunt opera) Ratio propoſitionis ab ipſa creatione & operum Dei perfectione.

Quia omnes uiæ) Confirmatio rationis de iudicio & iuſticia Dei.

Pecca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Peccauerunt ei) Cauſa impulſiua huius adhortationis & expoſtulatio qua Moſes primum accuſat peccata populi, Deinde uocat eos ad pœnitentiam.

Nunquam non ipſe) Sequitur exprobratio ingratitudinis populi per longiuſculam cõmemorationem beneficiorum Dei, pro quibus ipſi Dominum reliquerunt & uias ſuas corruperunt.

Incraſſatus eſt dilectus) Locus de ingratitudine populi erga Deum ſuum benefactorem.

Vidit Dominus) Altera pars carminis & uaticinium de pœna ſpiritualis fornicationis ſeu Idolatriæ. Minatur enim contemptoribus uerbi ingentes pœnas, poſtq̃ eos inuitauit ad uerum cultum Dei. Porro deſcribitur hic pœna multiplex & uaria, qua populus Dei perterrefactus deſinat peccare, nobis omnibus in exemplum iuxta illud Pauli Roma: 11. Si Deus naturalibus ramis non pepercit, Timendum eſt pro nobis ne & nos reijciamur & in æternum puniamur.

Abſcondam faciem) Phraſis eſt Hebræa Lackmemȩ lamichiah abſcondam faciem, Abſcondere faciem ſignificat eum ſubtra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſubtrahere ſe, ſuamq́ gratiam retrahere tandem impœnitentibus, ut excœcati ſuiſque uiribus permiſſi, in reprobum, ſenſum totaliter tradantur, Roman: 1. Sic conſiderare nouiſſima ſignificat uidere finalem interitum impiorum.

Generatio enim) Ratio uaticinij de pœnis. Sic Chriſtus in Euangelio, generatio praua & peruerſa.

Ipſi me prouoca:) Confirmatio & peccatum Idolatriæ cum ſua pœna & retributione, nempe reiectione à gratia & gentium receptione, uide Rom: 11.

Ignis ſuccenſus) Sequitur congeries pœnarum, ut ignis, fames, febris, ſubitanea mors &c. quæ ſolent impietatem perpetuò comitari, ad infernum inferiorem

Hebraiſmus & ſignificat totius gentis exterminationem & deuaſtationem, ut Mathæi 24. Non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.

Et ſagittas meas) Sagittæ ſignificant plagas & immiſſiones iræ Dei, quales hic ſequuntur, ut ſunt febres, peſtes, infirmitates &c.

Et uenenum) Per uenenum intelligit nouas & inſolitas interfectiones & morbos

morbos,ut ſunt noſtro ſeculo ſudor anglicanus, calor ſcoticus, morbus gallicus, & furores natis uermiculis in cerebro.

Foris uaſtabit gla:) Exaggeratio pœnarum per gladium & pauorem, id eſt internas & externas pœnas, eaſque grauiſſimas. Foris enim erunt uiduæ & pupilli per gladium & captiuitatem puerorum,uirorum & mulierum,quibus ſpoliandi ſunt. Intus uero terroribus,id eſt, fame, peſte, ſeditione &c. conſumentur.

Sed propter iram) Correctio,Deus ſolet interdum differre pœnam propter hoſtes ne ſuperbiant, quod haud dubie facit hodie quoq; nobiſcum in hac tanta ingratitudine & uerbi contemptu,propter Papiſtas ne dicant,Euge Euge,ſibique tribuant, quod eſt ſolius Dei.

Gens abſque conſil:) Subiungit cauſas Patheticas,& carnis noſtræ conditiones, iuxta illud in Pſalmo. Quid eſt homo? Et Eccleſia canit ſine tuo numine, nihil eſt in homine,nihil eſt innoxium.

Vtinam ſape:) Addit uotum ex affectu paterno,quo uult omnes ſaluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire 1. Timoth. 2.

ſic ſupra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſic ſupra 5. capite. Quis det eis talem habere mentem, ut timeant me &c.

Quomodo perſequetur) ætiologia particulæ, prouidere, quod factum eſt in captiuitate Babylonica. Deinde & in deuaſtatione, quæ facta eſt per Romanos, de qua Chriſtus prædixit. Si ſcires & tu, & quidem in hac die tua &c. Lucæ 19.

De uinea Sodo:) Amplificat & exaggerat populi peccata collatione & comparatione cum Sodomitis. Sic Ezech: 16. Sodoma ſoror tua &c.

Nonne hæc condita:) Locus de dilatione & reſeruatione pœnarum, homines manifeſtē & ſecurē peccant, Deus interim occultē reſeruat pœnas, parat interim ſagittas ſuas, replet calicem furoris ſui &c. ſic & ſupra cap: 29. abſcondita à Domino Deo noſtro. Et Gene: 4. Peccatum tuum dormit ad reuelandum, & in Euangelio. abſconſ: ab o: Sed non credunt priuſquam reipſa experiantur.

Iudicabit Dominus populum) Hic ſubiungit ἐπιείκειαν ſeu moderationem Euangelij, quod reliquiæ, ſi conuerſæ fuerint, ſaluæ fiant: ita in media ira recordatur De-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

us miſericordiæ ſuæ, necnon Eccleſiæ quæ glorificabit eum in ſempiternum.

Et clauſi quoque) In Hebræo cuſtoditum et neglectum conſumptum eſt, hoc eſt, res ſeruata & contempta finem habet, quia tempore malo libenter colligerent homines, ſi adeſſet antea uile, tunc precioſum &c. ſed fruſtra, quia nimis ſero.

Et dicent) Mimeſis & uerba hoſtium populi Dei, quæ ut caueantur, parcit Deus reliquijs populi ſui, Gloriam (inquit Deus) meam alteri non dabo.

Videte quod ego) Locus de omnipotentia Dei, quodque unus ſit Deus & non plures.

Si acuero gla:) Conſolatio, quod hoſtes populi ſui ſit perditurus, quod uerum eſt in Babylonijs, in Romanis &c. quodq; populo ſuo pœnitenti ſit omnia peccata condonaturus. Promittit enim ſe propicium fore populo ſuo &c.

Venit ergo Moſes) Ad finem cantici ſubiungitur commendatio, qua populo cantici huius obſeruationē diligenter commendat & ſingulos deinde ad totius Deuteronomij diligentem obſeruationem hor-

tatur. Eſt itaque locus hic inſignis de commendatione uerbi Dei. Sic Eſa: 8. ad legem & teſtimonium. Qui non dixerit ſecundum uerbum hoc, non erit ei lux matutina. Et Chriſtus ipſe, Beati qui audiunt uerbum Dei.

Locutuſque eſt Dominus) Clauſula huius capitis, continens mandatum Dei, de morte Moſi, quod ſaltem uideret terram Canaan & non intraret, ſed ſtatim in deſerto moreretur propter peccatum incredulitatis commiſſum ad aquas contradictionis in Kades Nume: 20. & 33.

SCHOLIA IN XXXIII. CAPVT.

Recitato carmine memoriali, cum ſuis comminationibus, hic poſtremo loco, uidelicet mox ante mortem ſuam, ualedicit Moſes populo Dei, finali ualedictione, qua prædicit ſingulis tribubus, populi Iſrael, exemplo Iacobi patriarchæ. Gene: 49. ea quæ euentura ſint, quæ poſtea omnia, ut hic prædicta ſunt, acciderunt, ut teſtatur hiſtoria. Eſtq; ingens conſolatio, noſtram religionem tales habere Prophe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

tas, qui euentus multarum rerum multo antea prædicerent.

Pro diuiſione capitis obſeruandũ eſt, hanc Prophetiam Moſi potiſſimum ad externam populi Iudaici politiam, quæ duratura erat uſq; ad Chriſtum, pertinere.

Loci præcipui ſunt.

1. De poſteritate patriarcharum.
2. De Promiſſionibus diuinis.
3. De politia Iudaica.
4. De certitudine prophetiarum & ſacræ ſcripturæ.
5. De benedictionibus.
6. De Teſtamentis morientium.
7. Dd prouidentia ſeu prouiſione & cura poſteritatis.

Hæc eſt benedictio) Locus de benedictionibus, quarum hæc eſt una ſpecies, qua morituri benedicunt filijs ſuis & populo Dei, id eſt, optant eis fœlicitatem & ſalutem in Oeconomia, Politia & religione, ut uitam tranquillam agant cum omni pietate & honeſtate 1. Timoth: 2. Sicut hic Moſes benedicit tribubus Iſrael, & Iacob Gene: 49. Item Dauid ē uita diſceſſurus filio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

filio Salomoni ſalutem precatus eſt. Et Chriſtus in cœna ſuos diſcipulos conſolatus eſt.

Porro Moſes homo Dei uocatur, quia Deus magna per illum eſt operatus colloquens illi, exaudiens eum, ſuo loco eum ſtatuens. Hunc titulum uide Pſalmo 90. Tribuitur autem ijs peculiariter, qui uocati immediatè à Deo ſunt ut reſtituant collapſam religionem ut Seth, Noe, Abraham, Moſes, Elias, Prophetæ, Baptiſta, Chriſtus ipſe, Paulus, Auguſtinus, Lutherus &c.

Dominus de Sina) Ratio benedictionis & locus de beneficijs Dei, erga ſuum populum, unde ſalus eorum omnis dependet, quaſi dicat, reuoco uobis in memoriam priora Dei beneficia, uidelicet quod Dominus mihi ſit uiſus in monte Sinai, cum rubus arderet. Deinde mihi & populo, cum daret legem apparuit. Poſtremo tranſiuit nobiſcum per deſertum à loco in locum, uſque ad terram Canaan, quam nunc in proſpectu per ipſum habemus.

Et qui appropinquant pedibus tuis) Locus de miniſterio uerbi. Sedent enim auditores uerbi ad pedes miniſtrorum docentium eos uerbum Dei. Sicut Magdalena ſedebat ad pedes Chriſti.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Erit apud rectiſſ:) In Hebræo gubernauit, ut in officio Regis, hoc eſt, Quanquam non fuit Rex ipſe. Moſes tamen populum gubernauit ut Rex, quod non ſit diſſipatus, ſed collectus ſub capitibus, id eſt, Principibus Tribuum Iſraelis.

Viuat Ruben) Benedictio tribus Ruben, quaſi dicat, Quanquam Ruben uiolauit cubile patris ſui, ideoque tam Sacerdotio, quàm Regno priuatus, cum eſſet primogenitus Iacob, tamen in ſua poſteritate non prorſus reijcietur, quin habeat & ipſe populum tametſi exiguum, propter promiſſiones patribus factas. Doctrina eſt, quod poſteri malorum parentum propter maiores etiam puniantur, ſed ſi pœnitentiam agunt, & ab impietate parentum declinant, non portent iniquitatem patris ſui Ezechielis 18.

Hæc eſt Iudæ be:) Benedictio Iudæ, quæ fuit regnum, in quo Chriſtus natus eſt, uidelicet ex tribu Iuda. Hæc tribus quanquam deducta eſt in Babylonem, tamen reducta eſt propter ſemen promiſſum ſeu Meſſiam, in populo Iuda naſciturum.

Et ad Leui) Benedictio Leui ſeu Leuitarum,

uitarum,quę fuit ſacerdotium ipſum,quod hic per Thumim & Vrim (de quibus uide Eexodi 23) ſignificat, quaſi dicat,ſicut in rationali ſunt affixa Thumim & Vrim hoc eſt,ius & illuminatio, ſic fiat & Sacerdotium tuum fauſtum & fœlix.

Et ad Benia:) Benedictio Beniamin, quæ concernit templum quod fuit in ſorte Beniamin, quaſi dicat, delectabile Domini,id eſt, templum & Ieruſalem & regnum erit in ſorte tua & inter humeros tuos, id eſt,in decliui montis Moriæ templum ædificabitur & à Domino defendetur.

Et ad Ioſeph ait) Benedictio Ioſeph,cui precatur fertilitatem terræ ſuperne & inferne, ſuperne ex rore cœli & inferne ex aquis Abyſſi. Porro per fructus intelligit regnum Iſrael ornatum omnibus donis, quæ cœlum , ſol , luna, terra, montes, ualles, aquæ & omnia ſuis temporibus produxerunt. Item Prophetæ & ſancti gubernatores quos habuit.

Et ad Zabulon) Benedictio Zabulon & Iſaſchar, quaſi dicat, Zabulon tua benedictio foris erit & Iſaſchar uero tua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

domi erit,quia Zabulon in pugnando contra hoſtes fortis fuit, ut legis de Dibora & Barach Iudicum quinto. Iſaſchar uero domi circa legem & ſcripturæ ſtudium uerſatus eſt.

Et ad Gad) Benedictio Gad,quæ completa eſt in Rege Iehu 4. Reg: 10. Qui deſtruxit Baal & reduxit populum in uiam, ſub quo Elias propheta,ciuis in Gilead, in Tribu Gad aſſumptus eſt in cœlum & reliqui Prophetæ bene habuerunt.

Et ad Dan) Benedictio Dan, quæ uidetur in Samſone, qui fuit ex Tribu Dan, completa eſſe commendatur,& ā Iordanis fluuio propter cohabitationem.

Ad Nepthalim) Benedictio Nepthalim, propter primicias frugum terræ tempeſtiuamque maturitatem fructuum, ex uicinitate Maris Galilææ, ad quam habitauit.

Ad Aſer) Benedictio Aſer propter abundantiam prolium & fauorem fratrum, adeoque copiam olei, æris,ferri &c. Porro Tribum Simeonis omiſſum eſſe,pius lector obſeruare debet,propterea quod non habuit propriam ſortem,ſed in Tribu Iuda

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

ſuam ſortem habuit. Maneat igitur ſub generali benedictione.

Non eſt Deus) Concluſio continens generalem benedictionem totius Iſraelitici populi, qui Deum habitatorem & protectorem habebit & ſub eius brachio, ſicut pulli ſub alis gallinæ fouebitur, quod ita factum eſt proptor Promiſſiones Patribus factas, donec tandem impij finaliter facti regnum totum amiſerunt & perierunt. Summa horum duorum capitum præcedentium hæc eſt, Quod in carmine Moſe mali damnantur, hic uero boni benedicuntur. Omnia nobis in exemplum fiunt, declinemus igitur à malo & bonũ faciamus.

SCHOLIA IN XXXIIII. CAPVT SEV VLTIMVM.

Hactenus ea, qua paulo ante mortem Moſi geſta ſunt enarrauimus, ut de ſubſtitutione Ioſue, de cantico, deque benedictionibus Moſi ſuper tribus Iſrael. In hoc ultimo capitulo deſcribitur mors ipſa Moſi, pariter & ſepultura ipſius, quibus additur Paraſceue ſequentis libri de ſucceſſore Moſi, Ioſue cum clauſula capitis, adeoque totius

 libri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

libri Deuteronomij & aliorum præceden-
tium Moſi ſingulari. Moſes itaque primum perluſtrat in monte terram Canaan, deinde moritur, ſepelitur & lugetur. Poſtremo ſubſtituto Ioſue Moſes poſt mortem ã ſingulari cum Deo familiaritate commendatur, ut caput hoc ultimum ã Ioſue ipſo ſcriptum & additum eſſe, uerißimile uideatur.

Loco diuiſionis obſeruandum eſt in Epiſtola Iudæ citari locum de Michaele Archangelo, cum Diabolo certauiſſe de corpore Moſi &c. Qui locus, cum non ſit ex ullo ſacræ ſcripturæ ueteris & noui Teſtamenti libro citatus certiſſimum argumentum eſt egregios ſanctorum Patriarcharum libros iniuria temporis & ocioſorum hominum negligentia deperditos eſſe. Qualis fuerat liber & prophetia Enoch, cuius itidem in Epiſtola Iudæ fit mentio, qualis fuerat liber bellorum Domini. Nume: uigeſimo primo capite, & liber Iuſtorum Ioſue decimo. Quot obſecro boni libri perierunt in Papatu? Simus ergo nos pro uirili noſtra opera diligentiores in bonis libris emendis, cuſtodiendis & ad poſteros transmittendis.

Loci

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Loci præcipui ſunt.

1. De beneficijs Dei.
2. De ſollicitudine Dei.
3. De miraculis.
4. De morte corporali.
5. De ſepultura piorum.
6. De mortuis lugendis.
7. De commendationibus bonotum.

Aſcendit ergo) Locus de beneficijs Dei, Magnum enim Dei beneficium eſt, quod Moſi oſtenditur certum tempus. Item locus certus ſuæ mortis, ex quo apparet gratia Dei erga Moſen.

Oſtenditque ei) uidet deinde terram promiſſam, ſed propter peccatum ad aquas contradictionis non permittitur ei introitus in terram. Porro quantum ad ſitum terræ Canaan attinet, obſeruandum eſt Ephraim & Manaſſe fuiſſe in aquilone terræ Canaan, Iuda uero in meridie, cuius terminus porrectus eſt à Iordane uſque ad Mare, quodque Dan habitauit in Septentrione, uergente ad occidentem, Nepthali coniunctus Iudæ ab Oriente, Aſer & Iſaſchar fuerunt in medio Ephraim & Manaſſe. Simeon iuxta ſortem Iudæ. Ben-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Beniamin inter Iudam & Ioſeph. Zabulon in littore maris, de quo ſitu plura in libro Ioſue.

Mortuus eſt) Locus de morte & ſepultura piorum. Ingens & hoc beneficium eſt, quod Deus ſepelit Moſen, & eius ſepulchrum uult eſſe tectum & abſconditum, quo ſignificatur non debere inſtitui Idolatricos cultus cum reliquijs ſanctorum. Cum autem hic ſit ſingularis locus & ſingularis phraſis, uidelicet Deum ipſum ſepeliuiſſe Moſen, cumque Michael archangelus diſceptauerit cum Satana de corpore Moſi, Veriſimile eſt Moſen immutatum per mortem & mox corpore & anima translatum in cœlum, unde cum Elia deſcendit in montem Tabor, ut cum Chriſto, de ipſius exceſſu loqueretur. Matthæi 17. in transfiguratione Chriſti.

Moſes centum & uiginti) Locus de ætate hominum, quæ breuis eſt, ſiue decem ſiue centum, ſiue mille annos uixerint. Item plena moleſtijs, ut Pſalmo 90. Anni noſtri ſeptuaginta &c. Et Gene: 47. Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum, Pauci & mali. Sed hic miraculum eſt in Moſe tam grandæuo 120. annorum

non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

non caligare,non obſcuratos eſſe oculos,& uires corporis non eſſe debilitatas.Hęc longæuitas & corporis robur eis à Deo conceditur,qui uerbum Dei audiunt & cuſtodiunt illud.

Fleueruntque) Locus de fletu ſeu planctu ſuper mortuos. Humanum enim eſt deflere mortuos cognatos, aut bene de ſe meritos, ut hic Moſes optime de populo Iſraelitico meritus eſt, Modum autem lugendi lege 1. Theſſal: 4.

Ioſue uero) Locus de ſubſtitutione noui Magiſtratus, Magnum eſt hoc beneficium, quod quanquam dux eo tempore, Eccleſiæ tollitur,tamen ſtatim alius in ipſius locum ſurrogatur, nempe Ioſua, iuxta illud. Non relinquam uos orphanos, uidemus enim ex hiſtoria ſacra Eccleſiã ſemper habuiſſe duces & Doctores, ſic Eliæ ſucceſſit Eliſeus, Eſaiæ Hieremias.

Et non ſurrexit) Locus de commendatione piorum, & hic poſtremus locus, eſt præcipuè obſeruandus cum ait, Non ſimilem Prophetam Moſi excitatum eſſe, in Iſrael,qui tanta miracula faceret, quo, iuxta prophetiam Moſi ſignificatur, Ieſum

Chri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Chriſtum longe ſuperiorem fore, ipſo Moſe, ſicut ait, Prophetam de fratribus tuis ſuſcitabit &c. Ipſum audies.

Porro commendationes & laudes præclarorum uirorum lege in Eccleſiaſtico, á capite 44. uſq; ad finem libri. Moſi uero Encomium lege cap: 45. Fidem uero ipſius Heb: 11 fidelitatem Heb: 3. & in concione Stephani Acto: 7, Teſtimonium ipſius Chriſti de Moſe Ioan: 5.

Tantum de libro Deuteronomij, necnon de toto Moſi Pentateucho. Deus nobis ſuam gratiam porro concedat, pro gloria filij ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti.
AMEN.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

Den Regula, om the 4
Elementen

The 4 Elementer, som äro,
Eld, Wäder, Watn, Jord, haf-
we och så Tyd, vthi hwilken
the Regera.

1 från Morgonen till Mid-
dagen, regerar then Elemen-
ten Elden.

2 från Middagen in till Soo-
lennes nedergång, regerar
Wädren.

3 från Afftonen till Midnatt,
regerar Watnen.

4 från Midnatt in till
Morgonen, regerar Jorden.

I. Om Månen vp tänder
i then Elementen Elden,
så blyffwer then Månen
warm och torr.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)

1648 1649



2. Tänder han vthi then Elementet Wädret, tå blifwer han blåsande och wägz.

3. Tänder han vthi then Elementet Watnet tå blifwer han wååt och kall.

4. Tänder han vthi then Elementet Jorden, tå blifwer han kall och kall. torr

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 77 8° (LN 1264 8° copy 3)